Digitized by Google

XXXIX
G
1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GRÆCE, ET LATINE,

ALEXANDRO POLITO

DE CLER. REG. SCHOLARUM PIARUM

INTERPRETE.

Tomus Primus.

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARII IN HOMERI ILIADEM.

ALEXANDER POLITUS

FLORENTINUS DE CL. REG. SCHOLARUM PIARUM

Nunc primum Latinè vertit, recenſuit, Notis perpetuis illuſtravit.

ACCEDUNT NOTÆ ANTONII M. SALVINI V. CL.



NAPOLI

FLORENTIÆ Anno M.DCCXXX.
Apud Bernardum Paperinium.
CUM APPROBATIONE.

Digitized by Google

ALEXANDER POLITUS

DE CL. REG. SCHOLARUM PIARUM

S. P. D.

TUDIORUM, & Artium, quibus liberales doctrinæ continentur, MAGNE DUX ETRURIÆ, JOHANNES GASTO, multò ſanè maxima, ac difficillima, ſemper Critice habita fuit. Quælibet alia ars, ac diſciplina certis quibusdam eſt finibus, & terminis, extra quos minimè egreditur, circumſcripta. Critice, niſi cunctarum ſimul artium fines omnes latiſſimè pervagetur, &, quæ cuique illarum ſunt maximè propria, ea ſibi adſerat

pagatæ. Quod magni avi exemplum æmulatus magnus nepos Laurentius, ita Græcas Litteras fovit, atque ornavit, ut, propter receptos ab eo in clientelam doctos quoſque e Græciâ viros, libroſque Græcos magno ſumptu undique comparatos, ſermo tunc temporis inter homines percrebuerit, Græcos Imperio a Barbaris, bonis artibus, boniſque auctoribus a Laurentio fuiſſe ſpoliatos. Quare & Laurentii filium, Petrum Medicem jam inde a pueritiâ tam egregiè Græcis Litteris inſtitutum, Græcæque adeò linguæ deditum, atque addictum accepimus, nullum ut prorſus diem abire pateretur, in quo Homerum non lectitaret, eumque Græcè loquentem, propter ſermonis facilitatem, atque elegantiam, Græci ipſi, qui frequentes Florentiam ventitabant, vehementer admirarentur. Denique ut Græcæ Litteræ, Athenis jam pridem extinctæ, ſic Florentiæ reviviſcerent, ac recrearentur, ut civitas noſtra redivivam veterum Athenarum imaginem præ ſe ferret, fructus hic fuit uberrimus liberalitatis Mediceæ, quæ Mediceam Domum tum Græcis ipſis Litteris, tum omni liberali Doctrinæ apertiſſimam eſſe voluit, & perhoſpitalem. Unde etiam reliquæ Chriſtiani Orbis gentes, & optimi quique principes exempla bonarum artium colendarum, atque exornandarum petierunt. His bonis artibus gradum quaſi quemdam, atque aditum Medicea gens jecit ad altiſſimum faſtigium amplitudinis, & dignitatis: neque ego aliunde, niſi a maximis erga litteras Medicum beneficiis, populum Florentinum motum fuiſſe arbitror, ut Reipublicæ

perfum electus eſt COSMUS, Magnus ille Dux Etruriæ, qui Majorum ſuorum erga liberales diſciplinas, Græcaſque litteras ſtudia non modò eſt ardentiſſimè proſecutus, atque imitatus; verùm etiam longè ſuperavit. Atque ea amplificatarum, ornatarumque litterarum gloria, tamquam optima quædam hereditas, relicta eſt a COSMO poſteris ſuis, Magnis Ducibus Etruriæ, ut eam pro ſe quiſque augeret, & multiplicaret: donec ipſa tandem, veluti per manus tradita, ad COSMUM III. patrem tuum, atque ad Te, JOHANNES GASTO, pervenit, ita ſanè perfecta, & cumulata, nulla ut illi gloriæ acceſſio fieri jam poſſe videatur. Verùm publica hæc ſunt Mediceæ gentis in litteras, atque in optimas diſciplinas beneficia. Sunt alia præterea, magis peculiaria, quæque intimè ad me, & præcipuè pertinent, Mediceorum magnorum principum in Ordinem meum Scholarum Piarum promerita, maxima illa certè, atque immortalia. Nam reverâ fatendum eſt, quod ſine turpi ingrati animi vitio præterire non poſſum, ſtare Scholas Pias, & florere per Principes maximè Mediceos: quæ ab alienâ fortaſſe invidiâ oppreſſæ, jam pridem corruiſſent, niſi Magni Etruriæ Duces, ac præſertim FERDINANDUS II. avus tuus, vir temporum ſuorum prudentiſſimus, nec alteri cuiquam Europæ Principum in magnitudine animi ſecundus, auctoritate eas ſua ſublevaſſent, ac

prote-

quaſi publica, ut reverâ ſunt, univerſi Ordinis Scholarum Piarum: quaſi ſcilicet non magis meo, quàm communi omnium noſtrum nomine, tibi tribuantur. Nam certè quidem Scholæ Piæ hæc per me exhibita tibi eſſe volunt, ac teſtata perpetuæ ſuæ erga Magnos Mediceos Duces obſervantiæ argumenta. Qua de re, quum me inſidiis alieni quidam homines nefariè, ac perfidiosè circumventum in maximum diſcrimen adduxiſſent, ne Euſtathius hic meus edi umquam poſſet, periclitanti mihi collegæ mei præſto pariter affuerunt, & pro ſe quiſque contra vim, ac fraudem adverſariorum ſunt opitulati, ita ut, quæ cauſsa mea, ac privata erat, communis jam reliquorum fieret. Quod benignè, ac perhumaniter fecerunt boni collegæ mei, non ſolùm mei ipſius cauſsâ, ne ſcilicet aliena me invidia, atque improbitas iniquiſſimè opprimeret, neve fraudi mihi eſſet meum promovendarum, atque illuſtrandarum litterarum ſtudium; verùm etiam quia univerſi Ordinis mei intererat, hoc veluti monumento in Euſtathio meo conſecrari Medicei nominis, gratique noſtrum omnium animi memoriam ad poſteritatem. Ita ego libentiſſimè qualiſcumque laboris mei omnem gloriam collegis ad unum omnibus Scholarum Piarum; partem laboris, atque oneris nemini prorſus impertio. Accedunt, Magne Dux, ſingularia in me merita tua: quæ me tibi, ac Majeſtati tuæ perpetuò obligarunt, & obſtrinxerunt, adeo ut Euſtathius, mancipio, & nexu jamdudum tuus eſſe videatur. Namque ea aliquan-

nexique jure tuum est, cum Eustathiani Operis id, quod primum est, ac veluti reliquarum partium caput, Tibi in primis offero, &, quæ solemnis est veterum dedicationum formula, libens merito do, & dedico. Nunc Deum Optimum Maximum summis precibus oro, atque obtestor, ut salvum te, atque incolumem ad Etruriæ, ac Litterarum felicitatem quàm diutissimè servet, his præsertim difficillimis temporibus, quibus omnes & fatentur, & vident, salutem, ac libertatem Populi Florentini a salute tuâ, & MEDICEÆ Domus incolumitate potissimùm pendere. Vale.

edi permitteremus, id non ſolùm tibi volentes libenteſque, pro noſtrâ hac in parte authoritate, indulgemus; verùm & enixè ſuademus: ut id operis, quod egregiè abs te elaboratum per eos, quibus commiſimus, intelligimus, tandem aliquando in lucem proferatur. Ad hoc enim neceſſariam omnem facultatem, quæ in Nobis eſt, præſentium vigore tibi impertimur. Dat. Florentiæ in Ædibus Noſtris Scholarum Piarum apud S. Mariam ad Riccios Prid. Id. Oct. 1714.

ANDREAS A S. SEBASTIANO PRÆP. GENERALIS.

Reg. in Act. Viſit.

JULIANUS A S. AGATHA SECRETARIUS.

Imprimatur.
Joſeph Maria Archiepiſcopus Florentinus.

Imprimatur.
F. Vincentius de Comitibus a Bergomo Ordinis Minorum Sancti Franciſci Conventualium Inquiſitor Generalis S. Offic. Florentiæ.

Imprimatur.
Philippus Bonarota Senator, & Auditor Regiæ Suæ Celſitudinis.

vantiáque ſuâ erga Beatiſſimam Matrem Dei, Virgineinque Mariam, cognomen factum eſt a Matre Dei. Natus hic nobili apud Tarraconenſes genere, jam inde ab ineunte ætate, animum ad religionem, atque ad litteras appulerat. Deinde ſacerdotio initiatus, quum maximè apud ſuos doctrinâ, morumque innocentiâ floreret, eoque illarum regionum populi magiſtro morum, & diſciplinæ uterentur; majora ipſe animo ad Dei gloriam complexus, quàm ut Hiſpaniæ finibus claudi poſſet, Romam contendit. Ibi in amplo illo Chriſtiani Orbis theatro, ac veræ religionis domicilio, dum totus in Chriſtianis officiis, quæ erat in Deum, ac res divinas pietate, occuparetur; facilè vidit, non poſſe ſeſe in ullâ aliâ re magis Deo ſervire, ac reipublicæ, quàm ſi rationem aliquam iniret, qua pueri ad reliquum vitæ curſum rectè informarentur. Videbat enim partem multò maximam malorum in rempublicam manare ex neglectâ educatione puerorum: non deeſſe quidem nobilioribus adoleſcentibus, propter rei familiaris copiam, præceptores, ac pædagogos, qui eos ritè inſtituerent; ſed hac curâ, atque inſtitutione deſtitui ferè, ac deſici pleroſque e vulgo pueros, & adoleſcentes, qui domeſticis anguſtiis, ac difficultatibus premerentur: hinc eos ipſos, tamquam incultos, ac rudes, in vitia labi quàm facillimè; nec facilè fieri poſſe, ut, quam pueri ingreſſi fuiſſent malam conſuetudinem vitæ, ab eâ viri poſtea revocarentur: atque, ut multa, ad Chriſtianorum morum emendationem, expulſionemque vitiorum, eſſent ſanctè ſapienterque inſtituta; tamen non ſatis proviſum adhuc eſſe bonæ puerorum educationi, ex qua publicum maximè bonum penderet. Itaque Calaſanctius eò animum, cogitationeſque ſuas omnes convertit, ut laboranti ex hac parte reipublicæ ſubveniret, aliosque ſibi ſocios, viros bonos, ac doctos, ad hanc ipſam provinciam adjungeret. Majus opus hoc videbatur, quàm ut hominis unius conſilio, ac viribus perficeretur. Sed fretus ipſe divino numine, in quo ſpes omnes ſuas collocaverat, multis, maximiſque difficultatibus ſuperatis, Ordinem demum fundavit, quem ut pauperibus pueris piè doctèque erudiendis præeſſe voluit, ita, tamquam Dei Matri Mariæ ſacrum, Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum appellatione inſignivit. Quem quidem Ordinem, a Paullo V. Pontifice Romano primùm probatum, deinde Summus Pontifex Gregorius XV. ratum habuit, honoribuſque, & titulis auctum, ſolemnibus confirmavit. Vix autem verbis exprimi poteſt, quanto populorum favore, ac plauſu ſalutaris hic, novuſque Ordo exceptus fuerit, & quàm brevi ſit ille, & quanto reipublicæ bono, per Italiam, Siciliam, Sardiniam, Germaniam, Pannoniam, Poloniam, Lituaniam, aliaſque etiam regiones, propagatus. Etſi verò ab alienâ invidiâ multæ poſtea, ac magnæ procellæ contra Calaſanctium, ejuſque Ordinem ſunt concitatæ, quibus Scholarum Piarum navis, diu in alto jactata, tantùm non obruta, atque everſa eſt; tamen major fuit Calaſanctii virtus, quàm ut ullâ vi tempeſtatum dejici, aut mutari potuerit: donec ille tandem, poſt egregia, atque immortalia Chriſtianæ conſtantiæ, virtutumque omnium exempla, bene ſuis ſperare juſſis, ſanctiſſimam vitam cum beatiſſimâ morte commutavit. Quo de viro non eſt, cur nunc quidquam adjiciam: quum ejus vitæ ſanctitatem multis etiam ab obitu ſignis divinitus teſtatam, atque illuſtrem, oraculo quoque Pontificio confirmatum iri ſperemus, & quem, ſuâ quiſque

careant, neceſſe ſit, qui nondum in lucem ſunt editi; cœpi cum animo meo cogitare, qua præcipuè rations conſulere etiam poſſem poſteritati. Commodùm accidit, ut cum Juliano Sabbatinio, viro Ordinis mei ſummæ eloquentiæ, & doctrinæ, quem honoris, & veteris amicitiæ cauſâ nominandum duxi, inſtitueretur mihi ſermo de Euſtathio, cujus in Homerum Παρεκβολὰς *illis diebus pervolvebam. Grata omnino eſt hominis recordatio, quo nemo mihi amicior, neque charior, illorumque ſermonum, quos de variâ doctrinâ inter nos amiciſſimè, & jucundiſſimè conferebamus. Sed tamdiu illum, & tam longè a nobis abeſſe, vehementer doleo, quem Epiſcopum jam Apollonienſem graviſſima Ducis Mutinenſis negotia apud Cæſarem in urbe Auſtriæ Viennâ, abhinc multos annos, detinent. Ille ergo, ut de Euſtathio audivit, quo erat in me amore, cœpit mihi inſtare, ut Græcum hunc, eumque celeberrimum, Homeri interpretem, quem plerique omnes tentaſſent, nemo unus totum explicare potuiſſet, Latinum facerem, &, ubi quid apud eum obſervatione dignum, aut obſcurum occurrebat, obſervarem, atque illuſtrarem: dignum eſſe hoc opus, in quo nervos omnes induſtriæ contenderem. Quum enim Homerus non modò omnium Poetarum; verùm etiam omnium doctrinarum ſit pater, univerſaque Græcorum ſapientia ab illo, tamquam a quodam fonte, profluxerit; quidquid ſapientiæ, doctrinæque, atque elegantiæ inde erat in ceteros omnes auctores diffuſum, ac derivatum, totum id in Commentariis Euſtathii uberrimè contineri: quippe quòd illos Euſtathius non ex ignobili aliquo, aut obſcuro Grammatico; ſed ex univerſâ antiquitate, omnibuſque ex Græcis, Philoſophis, Poetis, Oratoribus, & cujuſcumque alterius generis ſcriptoribus, excerpſiſſet. Quare, ſiquis Euſtathium Latinis hominibus Latinè legendum daret, hunc non ſolùm Homeri, ſed etiam Græciæ univerſæ, res eſſe illuſtraturum; eumdemque de Latinis hominibus ſummè eſſe promeriturum. Occulto hoc, ac latente theſauro, nondum opes omnes Græciæ eſſe cum Latinis communicatas: quem theſaurum ſi in oculis, conſpectuque gentis noſtræ exponeremus, Græciam ipſam totam eſſe in Latium commigraturam. Id unum ad Græcarum, Latinarumque litterarum gloriam ſupereſſe, quod a nobis & perfici poſſet, & deberet. Vera Sabbatinius admonere videbatur: idque ipſum, de quo ille admonebat, jure ſuo poſtulabat a me, ut facerem, vitæ meæ ratio, quam totam, ex more, atque inſtituto Ordinis mei, litteris amplificandis addixeram. Sed duo ferè conſilio huic obſtabant. Primùm, vaſta moles, & granditas operis, cui longiſſimum vivendi ſpatium vix ſufficere videretur. Deinde quòd animum meum ab amœnioribus illis, atque elegantioribus litteris ad ſeveriores diſciplinas jamdudum tranſtuleram; neque mei tunc muneris erat, litteras Græcas; ſed Theologiam, profiteri. Quæ duo tamen impedimenta Sabbatinius affirmabat, ſuperari a me utique poſſe labore, ac diligentiâ: præſertim quum a Græcâ illâ eruditione numquam abhorruiſſem. Itaque ego, qui magna quæque ſpectare, & ad ea rectis ſtudiis contendere conſueviſſem, acquievi in amiciſſimi hominis voluntate; ſtatimque admovi manum Operi, quod neſcio, an de operibus a me præſtandis longè maximum ſit futurum.*

Atque utinam ea duo ſola, quæ dixi, mihi poſtea obſtitiſſent! Nam ea mihi certè moram non intuliſſent, quominus ab hinc multo tempore publicâ hac luce Euſtathius meus frueretur; conſtaretque mihi fructus laboris mei ex communi utilitate. Ita me

Deus

distractus; tamen non negavit mihi, quod ab ipso magno opere petieram, ut mea legeret, ac recognosceret, suaque vicissim, quæ subinde adnotabat, mecum communicaret. Sed de Salvino postea: ne suavissimi hominis memoria aliò me nunc abstrahat ab ordine, ac serie institutæ narrationis.

Subsecuta enim sunt tempora difficillima, eæque me molestiæ, ac calamitates afflixerunt, ut sæpe animum desponderim, ac penitus desperarim de Eustathio: quem etiam, ad tanti Operis invidiam declinandam, abripi mihi de manibus, perpetuoque silentio damnari fortasse permisissem, nisi cogitassem, pessimè me de litteris, ac de humanâ vitâ promeriturum fuisse, si multorum annorum laborem, quem amicorum, & publici boni causâ susceperam, uno temporis momento perdidissem. Nam cetera quidem alia Eustathii edendi adjumenta, quæ homines duo Britanni, Johannes Gibso, & Georgius Jacbso, Viri Clarissimi, & bonarum Litterarum, siqui alii, studiosissimi, prolixè, cumulatèque suppeditaverant, surrepta jam mihi fuerant incredibili hominis cujusdam scelere, atque improbitate. Jamque in ipsam librorum supellectilem, qua studia mea maximè nituntur, & in scripta ipsa mea invadere perfidiosus ille homo conabatur, cum, ulciscente illum deo, subitâ atque improvisâ morte est extinctus. Equidem, cum aliàs semper divinam opem mihi, rebusque meis sensi præsentem adesse, tum in illo funestissimo casu manifestissimè expertus sum, res omnes meas divino auxilio regi, ac gubernari. Statim enim, ut ille est mortuus, patefactæ sunt singulares fraudes ejus, atque insidiæ, quæ tot annos in simulatione officii, atque in amicitiæ nomine delituerant. Nec de illo jam queror, qui, etsi, dum viveret, omni genere fraudis, atque insidiarum notuit mihi, quantùm potuit (potuit autem plurimùm) tamen nocere desiit morte suâ; sed de iis, de quibus etiam unum habuerat ille socium, ac participem consiliorum suorum: qui, coitione factâ, in summum me discrimen adduxerunt. Quo meo, aut studiorum meorum damno, vix possim explicare. Nam jacturam feci jacturarum omnium multò sumptuosissimam, ac pretiosissimam, jacturam videlicet temporis, quod totum, relictis studiis meis, coactus sum periculo meo propulsando transmittere, & consumere in ærumnâ illâ forensi. Tot me insidiis adversarii adorti sunt Romæ, ac Florentiæ.

Quare, siqui sunt, ut sunt quàm plurimi, qui meam, Eustathiique vicem doleant, hi doleant, necesse est, & querantur de invidis illis meis, qui summa illa detrimenta mihi attulerunt. Sicuti ex adverso par est, maximas me gratias, atque immortales, habere iis, qui periclitanti mihi consilio suo adfuerunt, atque in defendendâ causâ meâ, & judicandâ, non magis juris, quàm justitiæ consulti, videri, & esse voluerunt. Atque in primis, post summum illum Procuratorem Fisci, & Clarissimum Virum, Dominicum Hieronymum Venutum, Bernardino Hieronymo Perellio. Cum Perellium dico, hominem dico prudentissimum, atque justissimum, cujus prudentiæ, atque integritati maximæ quæque Etruriæ totius causæ tutissimè committantur: qui, quum in jure civili plurimorum sit

gratus erga eum judicer, cui totam debeo meam salutem? Hic est Carolus Rinuccinius, magnus homo in omni genere virtutum, atque excelsus: de quo eam opinionem, atque existimationem virtutis imbibi ab eo tempore, quo me ille humanissimè in familiaritatem suam, ac consuetudinem recepit, ut, siquando umquam cogitatione fingere mihi velim formam hominis in prudentiâ, honestate, temperantiâ, magnitudine animi, justitiâ, in omnibus denique virtutibus perfectissimi, atque excellentissimi, eâ in imagine intueri mihi videar Carolum Rinuccinium. Adeò ille in omnibus, quas dixi, virtutibus excellit. Atque his animi bonis, quæ sunt omnium præstantissima, ac maxima, accedit exquisita doctrina, & eruditio, qua ille jam inde a pueritiâ ita ingenium suum expolivit, ut homine illo nihil magis ad elegantiam factum esse videatur. Quamquam præcipua Rinuccinii laus hæc mihi semper visa fuerit, quòd dicta sua, & facta, sine simulatione, ac fuco, exigit omnia ad normam veritatis, ut, cum illum loquentem audis, non nisi purum, ac liquidum verum ex ore ejus haurire te existimes. Hac ille regulâ contra hominum ingenia, & solertiam usus, in negotiis quibusque totius Etruriæ difficillimis expediendis, magnam apud omnes adeptus est gloriam gravitatis, veræque prudentiæ. Sed de Rinuccinii laudibus hactenus. Alibi, si non quantùm debeo, certè quantùm potero, hominem laudabo, in quo omnia sunt summa. Nunc illud, idque unum, memoriæ causâ, dicam: quantum vir ille amplissimus, & ornatissimus auctoritate suâ apud omnes valuit, tantum eumdem ipsum ad salutem Eustathii mei impendisse; ejusque beneficium esse, quòd lucem Eustathius adspiciat; eidemque ob me ipsum servatum civicam memet coronam debere. Qua etiam de causâ gratias sæpe ago Deo immortali, quòd ille vir me, ac studia mea in clientelam accepisset, qui natus potissimùm esset ad Latinas, Græcasque litteras in hac nostrâ civitate promovendas, & protegendas.

Quum ergo, divino tandem munere, post pericula illa judiciorum, pristina pacis, & otii tranquillitas mihi esset, tamquam postliminio, restituta; animum denuò ad Eustathium applicaveram, de quo multum sanè sermonem fluxisse Romæ, & per totam Italiam, videbam; jamque illum brevi edendum speraveram; itaque me promissis meis, & communi ceterorum expectationi, qui illum quotidie, & penè convicio, efflagitabant, satisfacturum: cum ecce tibi nova imprimendi typis operis difficultas. Nam Bernardus Paperinius, Typographorum optimus, & diligentissimus, cui ego suasor, atque auctor fui, ut bonis quibusque, tum Græcis, tum Latinis scriptoribus, meâ præsertim operâ illustratis, edendis, veterem Italiæ, ac præcipuè Florentiæ, gloriam non modò æmularetur, verùm etiam superaret, dum Typographiam de novo ad hunc finem Florentiæ magno sumptu, ac labore construit, & multa studiosè apparat instrumenta artis suæ, tardiùs multò opinione meâ, atque etiam suâ, ad hunc usque diem, diu expectatam a me, atque ab aliis cupidè expetitam, Eustathii editionem produxit.

Hæc varia fortuna operis mei: ex quo vides, omnia me unum esse expertum, ut darem tibi Eustathii in Homerum Commentarios. Plures ante me conati sunt Latinos eos facere: nonnulli quoque feciſſe perhibentur. Et in Bibliothecâ quidem Hispaná narrant, Vincentium Marinerium tum carmina omnia Homeri singulis Latinis versibus esse interpretatum, tum Scholiorum Eustathii in Homerum interpretationem elucubrasse. Fando etiam accepi, Galliæ Regem Ludovicum XIV. qui a rerum gestarum magnitudine appellatus est Magnus,

pro

cur prætereunda mihi erant, ac veluti resecanda, quæcumque tenuiora, ac minutiora de regulis, & explicationibus Grammaticis ab Eustathio notabantur? ut ita in Commentariis hisce Homericis Eustathium bonâ parte, nec contemnendâ sui, mutilatum exhiberem, qualem ipsum pessimo alii exemplo exhibuerunt in Commentariis ad Dionysium τὴν Περιηγητήν. Immo verò, si nostri adolescentes sapiunt, dum pressis ubique vestigiis fidissimè Eustathium persequor, seu potiùs pari cum passu prosequor per Græciæ universæ campos latissimè exspatiantem, & quæ ille vel tenuissima fusissimè deducit, explico, atque interpretor omnia; thesaurus hic erit locupletissimus totius Græcæ eruditionis: per quem & ad intelligendum Homerum perveniant, & multò, ut credo, facilius, quàm per recentiores pleroſque Thesauros, perfectam Græcæ linguæ cognitionem assequantur. Neque hoc ego nomine magis reprehendar, quàm qui Suidæ, aliorumque hujusce modi Græcorum scriptorum Grammatica converterunt Latinè.

Alterum genus reprehensionis erit fortasse a Græcis, atque ab iis etiam, qui nimio plus Græcis favent. Neque ea tamen reprehensio magis ad interpretationem meam pertinet, quàm ad linguam ipsam Latinam, cujus ipsi angustias, atque a verbis inopiam, accusant. Eamdem hanc inopiam sermonis Latini notavit in Athanasii Magni Laudatione Gregorius Nazianzenus. Quin etiam multò ante alii Græcam linguam copiosiorem existimarunt, quàm Latinam. Sed jam eos gravissimè, & eloquentissimè M. Tullius refellerat. Quare defensio interpretationis hujus meæ hac quidem in parte conjuncta maximè est cum defensione linguæ Latinæ. Et habet sanè lingua Græca gratias, ac venustates suas, quæ Latinè vix exprimantur. Sed & habet suas Latina, quas Græci suâ illâ immensâ verborum copiâ numquam ad amussim coæquent. Nempe, ut una lingua non est alia, ita cuilibet linguæ sua sunt ἰδιώματα, quæ utique nullo modo possint cum aliis linguis communicari. Sed non inde petendum est argumentum copiæ, aut inopiæ linguarum, quæ eò uberiores, copiosioresque censendæ sunt, quò plures rerum, animique nostri notiones pluribus, illisque propriis, vocabulis declarant, atque exponunt. Ego verò, quæ mea est de me opinio, quidquid unquam Græci verbis suis aut expressérint, aut possint certè exprimere, non despero, posse me explicare, ac reddere Latinè. Itaque illa ipsa, quæ de Deo piè Græci, ac sanctè prædicant, hoc est, μία οὐσία, καὶ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις, quorum alterum τὸ φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, alterum τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας· quæ quidem magnus ille Theologus Nazianzenus rectè a Latinis intelligi affirmat, sed propter angustiam linguæ, nominumque inopiam, non posse dici, nec distingui Latinè, unde inducta sint τὰ πρόσωπα· illa ipsa, inquam, ut puto, dicentur a me optimè, & distinguentur Latinè. Quamquam Latinas ipsas voces non profero, ne in rebus divinis explicandis præpostero aliquo novandarum

Latinos arrogantius efferant, neque de Latinæ linguæ inopia in malam partem interpretentur id, quod argumento esse debuit grati erga illos animi Latinorum. Nam & Latini poterant Latinè dicere, quas Græcè vocarunt, Philosophiam, Rhetoricam Dialecticam, Grammaticam, Geometriam, Musicam, aliasque plures disciplinas. Maluerunt tamen iis vocibus uti, quas Græci usu suo præcepissent. Hac grati animi significatione contenti esse debent Græci, nec stomachum Latinis movere, ut nequis ex nostris paullò liberior, atque ingeniosior liberè respondeat, & melius nos, quàm Græcos, dicere, quæ volumus, &, quæ a Græcis accepimus, feciſſe nos meliora: ut sunt certè quidam, qui Virgilium longè præferunt Homero. quod ego tamen confirmare non ausim. Mihi enim, ut dixi, satis sit, in utriusque linguæ ambitiosissimo hoc certamine ita cum Græcis contendere, ut nec superare eos velim, nec ipse porro ab iis superari; sed possim eos ubique assequi, &, quæ illi quacumque de re dixerunt, perfectè interpretari omnia, atque exponere. Talem me interpretem præstare conatus sum in Eustathio: at ne scilicet, quæ ille, ut alii scriptores Græci, multa dicit argutè, atque urbanè, in Latinum sermonem translata, vim suam, ac gratiam perderent, melius que Græca a Græcis, quàm Latina a Latinis intelligerentur. Itaque expressi quidem, tamquam fidus, diligensque interpres, verbum a verbo; sed, quia plura sunt etiam ejusdem significationis verba, alia aliis magis, minusve clara, tamquam interpres diſertus, idem sæpe pluribus verbis exposui: & tamen putavi, licere mihi, verbis aliquando Græcis uti, non quòd minùs occurrerent Latina; sed quia diuturna consuetudo nostrorum hominum fecit, ut ea pro Latinis ducerentur. Nec vitio mihi dari posse arbitratus sum, quòd nova etiam vocabula, ubi præsertim Grammatica tractantur, Grammaticorum nostrorum exemplo, adhibuerim. Cur enim nobis non liceat, quod licet Græcis? quum Grammaticæ, & reliquis omnibus artibus quasi privata, ac sua concedendo sint vocabula, quibus in re unaquæque suâ utatur. Denique sic ad Eustathium aptavi interpretationem meam, ut Eustathius Latinus nihilò fortasse inferior sit futurus Eustathio Græco; &, si utramque inter se linguam comparare Græci volverint, copiam sint facilè perspecturi, atque ubertatem sermonis Latini. Hactenus de interpretatione meâ.

Nunc, ut ad Eustathii textum veniam, cum do tibi recensitum totum a me, & emendatum, quàm maximè potui. Multis ante annis, videlicet anno post Christum natum M.DXXIV. Franciscus Asulanus, cum Grammaticorum Græcorum complura Opuscula, Aldinis typis, simul ederet, promiserat, atque etiam receperat, sese Eustathium, diligentissimum Poetæ interpretem, cum copiosissimis quibusdam Commentariis in utramque illius Poesim, antea non impressis, proximè editurum. Sed fidem ille suam minimè liberavit: eaque illis temporibus exemplarium Eustathii paucitas erat, ut Joachimus Camerarius, vir in Germaniâ perquam doctus, atque eruditus, in Commentario explicationis suæ ad primum Iliadis librum, anno M.DXXXVII. scriberet, nondum etiam ad Germanos Eustathium perveniſſe, minimè ut adhuc sibi extare videretur. Ergo Eustathianæ in Homerum Παρεκβολαὶ *editæ primùm sunt, sed longo temporum intervallo, in urbe Româ. Nam qui eas edere instituerat, Nicolaus Majoranus optimum factu esse duxit, non exspectare, dum opus absolveretur; sed primam quamque partem, ut ad justi voluminis magnitudinem accederet, deinceps edere. Itaque primùm edidit primos quinque libros Iliadis apud Antonium Bladum anno M.DXLII. Reliquum opus, ut ipse Majoranus ad Julium III. Pontificem*

tus eſt, conſilio, ut communi ſcilicet ſtudioſorum hominum utilitati proſpiceret; ut ego autem judico, peſſimo prorſus exemplo. Nam compendia hæc, atque hæ epitomæ, mirum, quantùm integris, perfectiſque bonorum ſcriptorum operibus aliquando officerint. Atqui etiam deprehendi, nonnulla alicubi Junium de ſuo ad Euſtathium adtexuiſſe. quod ego ſanè minimè omnium probaverim. Hæc igitur Epitome Euſtathii Juniana in vulgus cum Homero prodiit Baſileæ anno M.DLVIII. ex officinâ Hieronymi Frobenii, & Nicolai Epiſcopii. Inſcriptus magnificè eſt liber, Κέρας ἀμαλθήας, ἢ ὠκεανὸς τῶν ἐξηγήσεων Ὁμηρικῶν, ἐκ τῶν τῦ Εὐσταθίυ παρεκβολῶν συνηρμοσμένων. Copiæ cornu, ſive Oceanus Enarrationum Homericarum, ex Euſtathii in eumdem Commentariis concinnatarum, Hadriano Junio autore. *Ad Epitomes hujus commendationem, atque ornamentum præcedit Laurentii Humfridi De Græcis Litteris, & Homeri lectione, & imitatione Epiſtola ad Præſidem, & ſocios Gymnaſii Magdalenæi apud Oxonienſes. Eâ in Epiſtolâ Humfridus nonnulla eruditè diſſerit de Homero; ac deinde de Opere ipſo hæc ſubjungit, digna planè, quæ huc adſcribantur:* Ceterùm non Homerum damus ſolum: explicatorem quoque ſubjunximus Euſtathium; ſed non integrum, at in compendium redactum ab homine a labore invicto, & doctrinâ nobili, & vobis non ignoto, Adriano Junio. Vixit enim diu in Angliâ. Lexicon Græcum Regi noſtro Sereniſſimo Edovardo VI. dedicavit, nunc poſtremò Reginæ Mariæ librum Faſtorum. Evulgavit alia, ut Animadverſiones: Centurias item Adagiorum, quas Frobeniana officina emiſit. Operam hîc quoque bonam navavit. Quamquam enim totum Euſtathium mallem, quàm dimidium, &, ut verè dicam, numquam mihi placuerint Epitomæ; tamen, quoniam prolixus eſt auctor, & nuſquam ferè extat tanti ſcriptoris, qui mihi & interpres optimus, & Elucidarius Poëticus, & Lexicon Græcum, & Onomaſticon videtur, hoc compendio abſoluto quidem illo fruamur. *Attamen non ea eſt editio ſatis diligens, nec accurata, ut vel argumento eſſe poteſt ipſa ſtatim Operis inſcriptio, in qua pro* τῦ Εὐσταθίυ, *mendosè legitur* τῦ Εὐσταθήα. *Nec Adrianum illum Junium in emendando Euſtathio ſtudium ullum collocaſſe, inde manifeſtò apparet, quòd, quidquid ibi ex Euſtathio excerptum eſt, atque editum, menda fideliter retinet, quæ, operarum incuriâ, in editionem Euſtathii Romanam irrepſerant.*

Multò ſanè meliorem, atque utiliorem in Euſtathium operam navarunt iidem in eadem urbe Baſileâ Typographi, Frobenius, & Epiſcopius: qui, biennio poſt, anno M.DLX. integrum cum Homero Euſtathium, & aliquantò correctiorem, ediderunt. Titulus libri idem, qui in Editione Romanâ: Εὐσταθίυ Ἀρχιεπισκόπυ Θεσσαλονίκης Παρεκβολαὶ εἰς τὸν Ὁμήρυ Ἰλιάδα, καὶ Ὀδύσσειαν, μετὰ εὐπορωτάτης, καὶ πάνυ ὠφελίμυ πίνακος. *Sed, qui adjunctus ibi eſt Index perutilis, & copioſus, non eſt ille quidem copioſior editionis Romanæ; ſed alius percommodus, quem compoſuit, & ad editionem illam Frobenianam aptavit Sebaſtianus Guldenbeccus. Nullæ porrò aliæ ad hæc uſque tempora prodierunt*

Euſta-

duo verſus hi erant:

Σπευδάων ἔτεκεν, Γωάρῃ δ' ἤλυθε κῆπον
Εὐραλίου, καλλὰν ἄνθεα δρεψόμενος.

Hæc mihi ad textum Euſtathii a libris editis adjumenta. Nam a MSS. quidem codicibus ſubſidia huc uſque me pleraque defecerunt. Teſtatur Nicolaus Majoranus, lucubrationes haſce Euſtathii in Homerum, temporum injuriâ, ad eam jam paucitatem exemplarium redactas fuiſſe, ut non multùm abeſſent a periculo interitus: quum duo tantùm exemplaria, de quibus ille compertum haberet, ſupereſſent: quorum alterum ſanè emendatius, ac perfectius in bibliothecâ Nicolai Rodulphi Cardinalis una cum ceteris ejus generis ſcriptoribus Græcis quàm plurimis ſummâ curâ, ac diligentiâ aſſervabatur. Hoc exemplar ſibi ad editionem operis libentiſſimè traditum, refert Majoranus. Sed de altero illo exemplari nihil præterea aliud memorat. Narrat tantummodò, non defuiſſe huic Operi & ipſum de litteris optimè meritum Marcellum Cervinum Cardinalem, qui, ut hæc Euſtathii monumenta in lucem prodirent, non ſolùm ſtudio, & auctoritate; ſed etiam pecuniâ (quæ erant egregia ad poſteritatem ſuperioris memoriæ exempla) editionem operis adjuverit. Celebrat Majoranus Cervinum, tamquam virum integerrimum, atque innocentiſſimum, qui, cum multiplici litterarum cognitione excelleret, omniſque ſapientiæ, & doctrinæ admirator, & ſtudioſus ſemper fuiſſet, tum jamdiu in eam curam præcipuè incumberet, ut libros veterum, aut jam ſitu, ac vetuſtate corruptos, inſtauraret, aut propter exemplarium paucitatem periclitantes, coemeret undique, & ad publicam hominum utilitatem in Vaticanâ bibliothecâ, quæ ejus curæ commiſſa erat, ſervandos curaret. Hinc ego in ſpem magnam veneram, de duobus illis Euſtathianis exemplaribus, alterum certè reperire me poſſe in bibliothecâ illâ Vaticanâ. Sed longè mea me fefellit opinio. Romam enim quum profectus eſſem anno M.DCCXXV. extremo, totiuſque bibliothecæ Vaticanæ perluſtrandæ copia mihi humaniſſimè fuêta eſſet per Carolum Majellam, bibliothecæ illius cuſtodem, hominem Latinè, ac Græcè doctiſſimum, eumdemque ſummâ humanitate præditum; ſcripta quidem ibi alia noſtri hujuſce Euſtathii reperi, quæ non eſt opus nunc in medium proferre: ceterùm τῆς Παρεκβολῆς in Homerum unum ibi, ſolumque exemplar deprehendi editionis Romanæ, quod impreſſum erat in membranâ. Nec alium quemquam Euſtathianum hujuſmodi manu exaratum codicem in bibliothecâ ullâ Romanâ aſſervari, confirmabat mihi homo Romanis in rebus verſatiſſimus, idemque Romanæ eruditionis, noſtris hiſce temporibus, facilè princeps, Juſtus Fontaninus. Quare ſtatim ſuſpicatus ſum, exemplar illud Nicolai Rodulphi Cardinalis, quo ad edendum Euſtathium uſus erat Majoranus, Florentiam, unde acceptum fuiſſet, fuiſſe etiam reportatum; idemque ipſum eſſe, quod in bibliothecâ nunc Mediceâ diligentiſſimè cuſtoditur. Erat namque Nicolaus Rodulphus patriâ Florentinus, ſummo apud ſuos loco natus, & cum Mediceâ gente generis propinquitate conjunctus, quippe Leonis X. Pontificis Maximi, ſororis filius. Codices duo ſunt in membranâ: alter, grandiori ſuâ mole, in volumina duo ſecretus, ac diſtinctus, qui Euſtathianos in Iliadem commentarios continet, ſanè vetuſtior, &, quantùm ex dubiâ, ac formâ litterarum colligo, æqualis illorum temporum, quibus ſcribebat Euſtathius. quo in codice ſuppleta identidem ſunt in margine, vel, ubi margo minùs ſufficiebat, in membranulis

melius, quam egomet, ac feliciùs, Euſtathium totum interpretari, atque illuſtrare. Atque id etiam operis ſumpſerat in manus Salvinus, cum ætate, & viribus valebat. Cur minimè perfecerit, neque verò ab Euſtathiano in Iliadem Proœmio, quod ſolum, ut ipſe mihi de ſe retulit, Latinè converterat, opus deinceps continuaverit, in cauſſá fuit frequens, ac penè aſſidua, tum exterorum, tum noſtrorum maximè hominum, interpellatio, qui hominem a gravioribus ejus ſtudiis ad alia diſtraxerunt. Dum ille, qua erat facilitate naturæ, nihil cuiquam negat, ſeſe omnibus dat, ac concedit, totumque ſeſe ad alienos uſus humaniſſimè impendit, & multi illi moleſtique interpellatores hominis unius bonitate abutuntur, ecce tibi Salvini jam noſtri erat ætas præcipitata. In his tamen ad Euſtathium Notis pleraque ſunt digna ejus ingenio, ac doctrinâ: ex quibus, tamquam ex unguibus, leonem poſſis æſtimare. Sunt quidem alicubi mea pleniora, & uberiora: in quibus etiam aliquando ab eodem diſſentio. Verumtamen non ſunt illa ita a me elaborata, quaſi eruditionem importunè affectaverim. Nam pleraque etiam mea, αὐτοσχέδια. Unicè mihi propoſitum, illuſtrare Euſtathium, &, quod difficultatem umquam faceſſeret, nihil præterire. qua occaſione, ubi locus, atque argumentum aut permittit, aut poſtulat, excurro quoque libenter ad alios ſcriptores, & multa, ac varia tum Græcorum, tum etiam Latinorum auctorum, loca examino, atque judico. Sic pro rerum varietate, quas tractat Euſtathius, varium me, atque in doctrinâ, ſuqua tamen in me eſt, multiplicem præbeo. Nam & Theologum alicubi ago; ſæpiùs Philoſophum, Geographum, Oratorem, Poetam; jam verò etiam ſæpiſſimè Grammaticum. Et me quoque juvat cum Euſtathio, ac Græcis magiſtris, Etymologica pertractare, & judicium ſæpe meum in inveſtigandâ Græcarum vocum origine interponere. Improbè ex Latinis faciunt ii, qui hæc damnant Etymologica, nec planè conſiderant, quanta ſint in iis momenta ad vocum ſignificationes explicandas. Inepta ſunt multa, & ridicula, fatcor. Sed unde voces, vocumque ſignificatio, niſi ab uſu, & conſuetudine, auctoritateque vulgi, quod ineptis ſæpe, & ridiculis cauſſis ad res nominandas movetur?

Quod reliquum eſt, quiſquis mea legeris, te etiam atque etiam rogo, ut, ſicubi errantem me deprehenderis, hominem me eſſe memineris, & vehementer occupatum. Feci, quod potui, ex inſtituto Ordinis mei, ut me tibi in aliquâ re ad gloriam Dei ſempiternam, amplificationemque litterarum commodarem. Facies tu pro ſapientiâ, ac benignitate tuâ, ſi mea ergo te ſtudia æquè bonique conſulas, & quod in publicum propoſui, ut generi humano ubique gentium prodeſſet, id in uſus præcipuè tuos convertas. Vale.



ſtathius in utroque codice Mediceo τῷ Παρεκβολῶν in Homeri Iliadem, & Odyſſeam, multiſque alibi in locis. Nam vehementer quidem errat Marquardus Freherus, cujus quoque errorem alii notarunt, cum in Juris utriuſque, Græci, & Romani Chronologiâ, Euſtathii hujuſce ætatem collocat in annum CIↃ.XVII. eumque ſcribit ex Archipresbytero Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ factum eſſe Patriarcham Conſtantinopolitanum. Erat autem τῶν Ῥητόρων, ſeu Oratorum, ſacrum in magnâ Eccleſiâ munus; eorumque erat, libros ſacros ad populum exponere, atque interpretari. Unde ὁ ῥητορικὸς θρόνος, is, qui hujuſcemodi oratoribus attributus erat, & εὐαγγελικὸς ἀκρίβας, apud Nicetam Choniatam. Præfectum etiam fuiſſe Euſtathium ſupplicum libellorum miniſterio, id, quod traditum a Majorano, nonnullus ſcribit, neſcire ſeſe, quo auctore; manifeſtò apparet ex ejusdem Euſtathii epiſtolâ ad Johannem Ducam, Andronici Camatoris filium, in Commentarios ad Dionyſium τὸν Περιηγητὴν· cui quidem epiſtolæ præfixa eſt hæc inſcriptio: Πρὸς τὸν πανσέβαστον Δοῦκαν κύριον Ἰωάννην, τὸν μετὰ ταῦτα ἐπὶ δεήσεων, τὸν ἐπὶ τῆς Παναγεβάστης Σεβαστῆς, καὶ μεγάλης δρουγγαρίης, κυρὶς Ἀνδρονίκης τῆς Καμάτηρος, Εὐσταθίου διακόνου ἐπὶ τῶν δεήσεων, καὶ μαΐστορος τῶν ῥητόρων, τοῦ καὶ ὕστερον γενομένου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, ἐπιστολὴ ἐπὶ τῇ Διονυσίου τοῦ Περιηγητοῦ παρεκβολῇ. Itemque ex codice chartaceo Bibliothecæ Mediceæ, in quo inſcriptum eſt nomen Εὐσταθίου μαΐστορος τῶν ῥητόρων, καὶ ἐκκλησιαστικοῦ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Nam δεήσεις libelli ſunt ſupplices, & ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων, inter ſacra Eccleſiæ munera, atque officia, is dicebatur, qui erat à ſupplicibus libellis. Sed non aſſentior Majorano, præfectum his muneribus fuiſſe Euſtathium ab Andronico Imperatore, quibus ita ſit functus, ut Eccleſiæ Theſſalonicenſis Archiepiſcopus crearetur. Nam multò ante, quàm nefarius ille Andronicus per vim, ac ſcelus in Imperium Conſtantinopolitanum invaderet, munera illa Euſtathius adminiſtraverat, factuſque etiam fuerat Archiepiſcopus Theſſalonicenſis. Siquidem Theſſalonicenſi jam Pontificatui præerat, tempore Manuelis Comneni, cum hic, convocato Græcorum Patrum concilio, auferri ex ſacris Chriſtianorum rudimentorum tabulis voluit ſolemnem illum Eccleſiæ Græcæ ἀναθεματισμὸν in Deum Mohameticum, qualem ſcilicet Deum impiè Mohametes confinxerat ὁλόσφυρον, diverſumque omnino a vero Deo, hoc eſt, a Deo Chriſtianorum. At enim illo ἀναθεματισμῷ valde ſeſe offendi Imperator dicebat, quòd unum, ac verum deum eo notari exiſtimaret. Nemo autem quiſquam ex omnibus illis Græcis Pontificibus fuit, qui acriùs, ac fortiùs Manueli reſiſteret, quàm Theſſalonicenſis Archiepiſcopus Euſtathius. Longiuſcula eſt hiſtoria, ſed curioſa, & digna, quæ huc integra referatur verbis ipſis Nicetæ Choniatæ, qui ſic eam narrat in Manuele Comneno lib. 7. n. 6. Ἔγκηται τῷ κατηχητικῷ πυκτίῳ μετ' ἑτέρων ἀφορισμῶν καὶ τὸ ἀνάθεμα τῷ θεῷ τῷ Μωάμετ, ᾧτινί ἔ λέγω, ὅτι ὅτε ἐγέννησεν, ὅτε ἐγεννήθη, καὶ ὅτι ὁλόσφυρός ἐστι. Τὸν τοίνυν ἀναθεματισμὸν ἀσαλῆ-

ψαι

γθ ἐπλήτη, ἐκ ἐν διδακτοῖς πνεύματθ βρίθων ῥήμασιν, ἀλλ' ἐν πηθοῖ σοφίας ἀνθρωπίνης κομῶν, ὡς μικρᾶ δῆν ἀπαμφῆσαι τῶν ὠτῶν, μὴ μόνον ὅσον ἀφεῖρα πρὸς τὸν ποικίλων τότε ἀνβολὸν, ἀ τὸ ἐπίχαρι τᾶ στερώματθ, ἀλλὰ ἀ αὐτὸ μεταλλεῦον τῶν γεγραμμένων ἰὸν ἰᾶν. Καὶ ἰαχ' ἰῶ ἂν ὡς ἀληθὴς Θεὸς δοξαζόμενθ ὁ παρὰ τῷ Μωάμετ ὀνισῦν κληρώμενθ Θεὸς, ἡ μὴ ὁλοχερῶς ὁ Πατριάρχης αἰτέβη. Οὔτε γὰ ἔτθ ἰοῖς γραφομένοις τ' ἶαν προσέτχηκεν, ὡς ἐπισφαλῆ, ἀ νέα ἐπισάγεσι δόγματα, ἀ τὰς λοιπὰς δὲ, ὡς διπλῆ πρώδη, ἰαῦτα ὑφορᾶζ παρέσηθεν. Ὁ δὲ, ὥσπερ ἡ δεινὸν πεπονθώς, ὀνήδεσιν ἔπλυτε τὰς ἀρχιερᾶς, ἀ μωρὰ τᾶ κόσμω ἰάτας ὠνόμαζεν, ἄλλως τε ἀ νόσω προσπαλαίων ἰότε δεῖ, ὑφ' ἧς ἀ τ' βίον ἀπέλιπε, ἀ ἐπίχολθ ἐπεῦθεν γινόμενθ. Οὐκῶν ὅσα ἰῷ πρότερῳ ἰόμῳ ἐμπλατυνόμενθ εἵρηκεν, ἀσπρτημένη κατασκευῆ, ἀ μεῤῥάδαις ῥητορικᾶς χρησάμενθ, ταῦτα ἐπιτεμὼν, ἀ τὸ τᾶ δόγματθ αὖθις ἀληθὲς δέλεαρ, ἕτερον τόμον ἐξέθηλε· ἀ ἐπὶ ἰότε τοῖς κατὰ Δάμαλιν ἀρχαίοις ἐναυλιζόμενθ, ἃ Σκυτάριον ἀνομάζονται, ἰῷ ἰᾶ ἀέρθ εὐκρασίαν μελαδιώκων, ἀ τ' πολυοχλίας ἀπαπεράμενθ, ἀ ἄπας τ' νοσοκομίας γινόμενθ, διαπλώζονται ἑκᾶσε, βασιλικῷ ἐπιτάγματι, ὅ τε τῶν ἀρχιερέων σύλλογθ, ἀ ὅσοι τὸ πρεσβῆον ἐκ τῶν λόγων ἐκτήσαιντο. Ἀλλ' ἵπω καθαρὸς τῶν λεμβαδίων ἀπέβησαν, καί τις τῶν παρὰ τῷ βασιλῆ παῤῥησίαν ἐχόντων, ἀ τῶν μέγιστα δυναμένων ὑπογραμματέων ἐφίσταται. ὁ Ματζάκης ἰῷ ἔτθ Θεόδωρθ· ἀ πρός τε ἰὸν Πατριάρχαν, ἀ τοὺ τῶν ἀρχιερέων ὁμήγυριν τ' λόγον ἀποτεινάμενθ, τοὺ μὲν ἐς τὸν βασιλέα πάροδον μὴ ἦναι ἔφησε νυὶ ἐφικτὴν, διά τι παρησφῆσαν ἐκ τ' νόσου ἐμποδίων· τῇ δὲ ἰάτων ἀναγνώσει προσέχειν χρεὼν, ἰὰς χάρτας δώξας αὐτοῖς ἰὰς ἐν χερσῖν. Ἦν δὲ ὁ μὲν τῶν ἰᾶ προκειμένη δόγματθ διαλαμβάνων, ὃν, ὡς ἐρήκαμεν, ὑπογράψαι ἰὰς συνελθούσας ἀρχιερᾶς διὰ πανδῆς ὁ αὐτοκράτωρ ἐτίθετο· ὁ δ' ἕτερθ τ' βασιλέα ἔχων διαλεγόμενον τῷ ἀρχιποιμένι ἰε Θεοδοσίῳ, ἀ ἴῃ συνόδῳ, ἡδὲν μέτριον, ἡδὲ χάριεν διεξήει, ἀλλὰ τῇ ἐνστάσει ἰᾶ Πατριάρχα, ἀ τῶν σὺν αὐτῷ ἀρχιερέων, ὡς μὴ καλὰ λόγον γενομένη, ἐπιμεμφόμενθ, δικαιολῆτο μάζονθ συνόδα συγκρότησιν, ἀ τοὺ μετ' αὐτᾶ τᾶ Πάπα τ' πρεσβυτέρας Ῥώμης τῶν προκειμένων ἐπώμοτο διάσκεψιν. Ἀγνώμων γὰ ἂν ἦλω, ἔλεγε, ἀ ἀλόγιστθ, ἡ μὴ πολλοστὸν ἀντιδοίην μέρθ ἰῷ ἐμῷ βασιλεῖ, ἀ βασιλῆ τῶν ὅλων Θεῷ, ὧν ἐκῆθεν κρατῶνος ἔχηκα, πᾶσαν πανδοὺ ἀσπεγκάμενθ, μὴ ἰᾶτον ἀναθέματι καθυποβάλλεσθ ἀληθινὸν ὄντα Θεόν. Τοιοῦτον δὲ τᾶ διαφορηθῶσι τοῖς ἰοιοῦτοις ἀπῆχον οἱ ἀκροώμενοι κομπάσμασιν, ὥστε ἀ ὁ τῆς Θεσσαλονίκης πρόεδρθ, ὁ πολὺς, ἀ μέγας ἐν λόγοις Εὐστάθιθ, ζῆλω ἐπὶ τοῖς ἀνεγνωσμένοις πλησθὴς, ἀ μὴ ἐνεγκὼν Θεὸν ἀληθινὸν δοξάζεσθ ὁλόσφυρον, διανοίας ἀνάπλασμα κακοδαίμονθ· ἐσίμλω ἄν, ἔφη, καταπεπατημένον ταῖς πλέυραις φο-

ρῶν

μηδὲ ζρασυζομῶν παρακαίρια. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἡς κοινῷ δοθέντος ἀκροασιν τῷ περὶ τῆς δόγματος τόμε, ἡ πάντων ἐπαμεσάντων τὰ γεγραμμένα, ὡς εὐσεβῶς ὀρθοτομηθέντα, ἡ τῷ χαρῶς ἐν αὐτῷ ὑπογράψαι καταθεμένων, ὁ σύλλογος διελέλυτο. Καὶ οἱ μὲν ἀπῆσαν, ἀγαλλόμενοι, ὡς ἢ εἰκὼς ἐζάσιν τ βασιλέα νενικηκότες· ὁ δὲ ἔχαιρεν, ὡς ἢ ἑαυτῷ καθυποκλίτας τούτους βυλῇ, ἡ χῷ διὰ βραχυλογίας, ἅπερ διὰ τῆς πολυςίχυ πρότερον λόμε ἠδαμῶς ἐφίκετο. Κατὰ δὲ τὴν μετ' ἐκείνην ἡμέραν ἡς τὴν Πατριαρχικὴν ἑςίαν ἡ σύνοδος ἀθροισθῆσα, ὅπως κατὰ τὰ συμφωνηθέντα δράσωσιν (ἅμα γὰρ ἕω παρῆσαν οἱ ἐκ βασιλέως αὐτῆς ἡς ἕνα ἀθρισμὸν συναγήροντες) οἱ δ' ἐκ ἔτ' ἦσαν ἀ αὐτοί, ἀλλ' ἀιέρεων πάντες πάλιν, ἡ ἀπεσπάδων, ὡς ἢ ὑπηγορεύομεν ζραφῇ ἔτι ἐγκειμένων ἐπιληψίμων ῥημάτων ἴνεδν, ἡ ἤθελεν ἡ ταῦτα ἐξελιδῶσαι, ἡ ἕτερα ἐντεθῆναι, ᾗ ὀρθῷ κατὰ μηδὲν ἢ προσιζάμενα δόγματι. Ἦν ἓν αἴτις παρεξενόμεθα ὁ κρατῶν, ἡ ὡς ἀναπταίσασι καθαρῶς ἐπεγκαλῶν τὸ ἧ γνώμης ἄζαλον, ἡ ἀγχίζροφον. Ὀψὲ δὲ ἡ μόλις συνήλθοσαν, ἵνα τὸ μὲν ἀνάθεμα τῷ Θεῷ τῆς Μωάμετ τῶν κατηχητικῶν βιβλίων ἀπαλειφθῇ, ἐγγραφῇ δὲ ἀνάθεμα τῷ Μωάμετ, ἡ πάσῃ ἧ αὐτῆς διδαχῇ, ἡ διαδοχῇ. Καὶ ταῦτα δογματίσαντες, ἡ κυρώσαντες, τῶν πολλῶν ἐκείνων συνόδων, ἡ συλλόγων ἐλῆξαν. *Extat in tabulâ Catecheticâ cum ceteris sanctionibus anathema in Deum Mohametis, quem ille affirmat nec genuisse, nec esse genitum; sed esse* ὁλόζυρον, *quasi totum malleo cusum. Hujusmodi igitur anathematismum quum ex omnibus Catecheticis libellis abolere sibi proposuisset, ab ipsâ magnæ Ecclesiæ tabulâ est auspicatus: eratque causa, quam asserebat, admodum speciosa. Ajebat enim, Agarenis, qui ad piam, sanctamque religionem nostram transibant, offensioni illud esse, quòd re verâ maledicta in Deum conjiciebantur. Itaque maximum Theodosium arcessit, eum, qui principem tum sedem regebat, ac moderabatur, sacerdotesque simul primarios, qui tum in urbe erant, & eloquentiâ, ac virtute præstabant, disceptandamque iis quæstionem, tumido orationis apparatu, proponit: quos tamen universos refragari sibi, ac repugnare reperit, & ne summis quidem auribus consilia illa admittere, tamquam inominata, quæque a verissimâ de Deo sententiâ abducerent; contra verò id, quod offensioni videlicet, atque impedimento erat, piè interpretari, ac declarare: quum dicerent, nullo modo anathemati subjici Deum cæli, & terræ conditorem, sed quem delirus, & dæmoniacus ille Mohametes fingebat holosphyron Deum, qui neque genitus esset, neque porrò genuisset. Credi enim, ac celebrari apud Christianos patrem Deum, quod tamen rejicienda illa, ac detestabilia Mohametis deliramenta planè, atque omnino prohiberent. Ac deinde non satis sese intelligere, cujusmodi esset illud holosphyron. Verùm Imperator, iis neglectis, ut sic consumerentur, ac contabescerent, implacabili in eos animo, ipse per sese, ministris ad hanc rem adhibitis, quos ex aulâ regiâ servire tempori, neque eruditionis expertes esse noverat, decretum edit, quo Mohametis stultiloquium (non enim Theologiam dixerim) defenderet, & superiores Imperatores, sacrorumque antistites apertè perstringeret, quòd Deum verum anathemati supponi, ac subjici, imperitè, atque inconsideratè passi essent: & hoc ipsum decretum in sacro palatio publicè recitandum curat, simul emissis, tamquam qui viam decreto præirent, ac præpararent, præter*

juve-

litteris cupiebat vehementer, ut diximus, Imperator, ut, qui convenerant, Pontifices subſcriberent. Alteræ verò, quæ Imperatorem ipſum cum paſtore ſummo Theodoſio, ac conventu colloquentem inducebant, nihil æqui, nec gratioſi commemorabant; ſed objurgatá, tamquam rationi minimè omnium conſentaneá, repugnantiá Patriarchæ, principumque, qui cum eo erant, ſacerdotum, majus Concilium cogendum minabantur, & jure jurando confirmabant, diſquirendum id eſſe, quod in controverſiam veniebat, cum Papá ipſo veteris Romæ. Improbus enim, inquiebat, & ſtolidus eſſem, niſi regnatori meo, regique rerum omnium Deo quantulamcumque partem rependerem earum rerum, quas ab illo longè ſupra alios accepi, omneque in id ſtudium conferrem, ne hic ipſe, quippe verus Deus, anathemati ſubjiciatur. Ceterùm auditores, tantùm abſuit, ut eá verborum jactatione, inanique crepitu perturbarentur, ut etiam Euſtathius, Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, ſummá vir doctrinâ, magnáque eloquentiâ, indignitate eorum, quæ de ſcripto recitata fuerant, permotus, quum nullo modo ferret, verum Deum holoſphyron exiſtimari, infelicis ingenii commentum: cerebrum, inquit, gererem protritum calcibus, ac conculcatum, indignuſque prorſus eſſem hoc habitu (oſtenſo pallio, quod humeris geſtabat) ſi Deum verum ducerem pædiconem illum, ac camelinum, omniſque deteſtandi ſceleris auctorem, ac magiſtrum. His igitur dictis perculſi propemodum erant auditores: & hæc ille clará, penetrantique voce locutus fuerat, formamque manifeſtò expreſſerat hominis, qui pietatis, ac religionis ſtudio flagraret. At verò ſcriptî illius recitator mutus paullîſper, ac labris compreſſis, ſtetit: poſtea reverſus eſt ad Imperatorem, qui, his verbis auditis, tamquam ſi eorum ſono obſtreperetur, variá defenſione uſus eſt, lenitatemque animi, ac patientiam, ut numquam antea, laudavit. Nam & ipſe ſeſe Chriſtianis, qui rectiſſimè ſentirent, adnumerabat, & ex pientiſſimis, ac religioſiſſimis parentibus natum profitebatur, & ab hominibus ſeſe litigioſis, ac mordacibus declinare. Idque planè efflagitabat, ut judicio cum Theſſalonicenſi Archiepiſcopo contenderet. Aut enim ſi ipſe judicatus eſſet non credere Deo pædiconi, neque ſignum Fidei adulterinum inducere, dicebat, ſeſe juſtas pœnas de eo eſſe ſumpturum, qui contumelioſa verba, ac probrorum plena, in hominem divinâ unctione ſacroſanctum profuderat; aut ſi damnatus ipſe eſſet, perinde quaſi alium deum crederet ab eo, quem colunt Chriſtiani, doctum ſeſe iri de veritate, gratiamque ei non parvam habiturum, qui ſe ab errore revocaſſet, & veritatem docuiſſet. Verùm paullò poſt quum Patriarcha in conſpectum ejus veniſſet, &, quæ res poſtulabat, mulcendi ejus cauſâ, inculcaſſet, tum animum ſuum placavit, tum Euſtathio veniam dictorum tribuit, fecitque ei poteſtatem, ut in defenſionem ſui, quæ vellet, diceret. Quamquam ipſe poſtremò verba hæc addiderit: oportet, te, tamquam virum ſapientem, non palam præ te ferre verba obſcœna, neque temerè loqui, quæ ad rem minimè pertineant. Poſtea verò quàm decretum de illo dogmate publicè recitatum fuit, omneſque illud, ut piè explicatum, collaudarunt, libenterque ſeſe illi ſubſcripturos affirmarunt, concilium eſt dimiſſum. Atque illi quidem

læti,

intisse, cum designatus ipse Myrensium in Lyciâ Episcopus, antequam ritè ordinaretur, vacante fortè sede tunc Thessalonicensi, eò, Manuelis Imperatoris jussu, de Patrum Græcorum auctoritate, fuit translatus. Ad illud namque tempus referunt id, quod scribit Demetrius Chomatenus, Archiepiscopus Bulgariæ, ad Constantinum Cabasilam, Archiepiscopum Dyrrhachinum, in responsione ad interrogationem illam, ἡ δῆ τ ψηφισθέντα, καὶ καλὰ δεξάμενον, καὶ ἀσπασάμενον, μεταλεῖναι ἐς ἑτέραν ἐπισκοπήν. *An eum, qui electus est, susceperitque, atque amplexus est dignitatem, in Episcopen aliam transferri oporteat.* Ubi sic ad rogatum respondet Demetrius: Τοῦτο κανονικὸν μὲν οὐκ ἔστιν, οὔτε μὴν ἡ ἐγγράφου, ἢ ἀγράφου ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως· γίνεται δὲ πολλάκις, Βασιλέως κελεύοντος, διά τινα οἰκονομίαν λυσιτελοῦσαν κοινῇ. καὶ γέγονε τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡμερῶν τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ, καὶ Πορφυρογεννήτου Κομνηνοῦ. Τοῦ γὰρ σοφωτάτου ἐκείνου Εὐσταθίου, τὰ κατὰ Φλῶρον διακόνου ὄντος ἡ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ μαΐστορος τοῦ ῥητόρων, εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Λυκίων Μυρέων ψηφισθέντος, καὶ καλὰ δεξαμένου, καὶ ἀσπασαμένου, καὶ ἤδη καὶ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἑτοιμασθέντος, πρόσταγμα τοῦ μακαρίτου Βασιλέως ἐκείνου πρὸς τὴν σύνοδον καταπεφοίτηκε, διακελευόμενον, δέξασθαι ἑαυτὴν παραιτήμενον τὸ Εὐστάθιον, προσαγαγεῖν δὲ τοῦτον εἰς τὴν περίκλυτον τοῦ Θεσσαλονικέων μητρόπολιν, ὡς τετυχάδε χρεὼν ἦν. ideſt: *Hoc Canonicum quidem non est, neque verò est scriptæ, aut non scriptæ Ecclesiasticæ traditionis: sed fit sæpe, Imperatoris jussu, ex certâ aliquâ distribuendorum aptè quorumcumque munerum ratione, quæ publico bono expediat: idque factum est tempore inclyti Imperatoris, ac Domini Manuelis Comneni Porphyrogennetæ. Quum enim sapientissimus ille Eustathius, qui ad D. Flori diaconus erat magnæ Ecclesiæ, & Oratorum magister, electus esset ad Lyciorum Myrensium Ecclesiam, eamque electionem admisisset, amplexatusque fuisset, jamque ad ordinationem esset paratus, jussio beati illius Imperatoris ad Synodum est perlata, qua præcipiebatur, ut Eustathii excusationem Ecclesiæ huic renunciantis admitterent, eumque inclytæ Thessalonicensium metropoli, quippe tunc temporis vacanti, admoverent.* Verumtamen ego existimo, Pontificatum Thessalonicensem non ante Eustathio obvenisse, quàm Lucæ Chrysobergæ Patriarchæ Constantinopolitano demortuo succederet Michaël Anchiali, videlicet non ante annum M.CLXIX. Patriarchâ enim adhuc Lucâ, diaconum agebat Eustathius: qui & multis magnisque ab eo beneficiis sese tunc affectum, gratè ac piè prædicat eo in Commentario, quem ipse postea Archiepiscopus Thessalonicensis, exactâ jam, ac ferè extremâ ætate, composuit in Canonem Jambicum Johannis Arclæ, seu, secundùm alios, Damasceni, in Pentecosten, illis verbis: ὁ γὰρ ἐν ἁγίοις Πατριάρχης ἀοίδιμος Λουκᾶς, ὃς πρόφελλω χρυσῆν εὐεργεσίας ἡμῖν ἔβρεξεν, ὅτε ἦμεν ἐν διακόνοις τελοῦντες. Celebris autem admodum, atque insignis erat Constantinopoli μονὴ Φλώρου, quæ etiam Φλώρος ἀπλῶς est appellata: quam intelligit Chomatenus, cum Eustathium magnæ Ecclesiæ diaconum fuisse dicit καλὰ Φλώρου. Certè quidem Archiepiscopus Thessalonicensis nondum erat Eustathius anno CIↃ.CLXVI. quando necdum electus idem fuerat Myrensium Episcopus. Siquidem eo anno Myrensium Episcopus Christophorus interfuit, ac subscripsit Synodo, quam celeberrimam Græci maximo hominum conventu egerunt.

Ab

γματα, καὶ τῶν ἐκ τῆς καταζάντης προσμενῶν αὐτοῖς ἴασιν. Εἰ γὰρ καὶ οἱ δὲ, φησὶ, καταάσιν πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἰᾶσθαι πληγάκις φιλεῖ, καὶ μάλιστα ἡ παρὰ θεοῦ φέρη λίς, καὶ εὐχαρίστως τὰ λυπηρὰ, καὶ μὴ πρὸς δριμὺ τάττων, καὶ βάλλον τῷ ἀγῶνι, ἀπδιζόμενος, ἀποστόργως ἔχη πρὸς τὸν ἐπάγοντα, καὶ καταστενάζη μὲν ὁ πρωτὰς, κριμάτων δὲ βάθος ἀποσκέπτη θείκῶν, οἷα τῷ Κυρίῳ ἐξομολογῆται μεμαθηκὼς ἐν μόνῳ τῷ ἀγαθύνεσθαι, καὶ ὅταν ἐξ ἐρίας φερόμενον τὸ τῆς βίου ἀκάτιον, διακομίζῃ ἀναναγήτως ἐκεῖσε, καὶ ῥᾳ, καὶ κόφως τὰ ἐφετὰ, ὡς αἱ τῆς μακρόθεν τὰ ἀγώγιμα. Οὐκοῦν τοῖς στρατηγοῖς ὑποτασσόμεθα, ὃς Κόττυς ἦσπ τὶς ἂν, Λατίνῃ διαλέκτῳ χρώμενος, ἐμετρίαζε τὰ χεῖρω τοῖς πεποιθόσιν, ἐπιτάγματα ἐκεῖθεν χορηγὰ κομίζων ὠσεως, καὶ πᾶν ἕτερον πρυταιεῦον αὐτοῖς παράκλησιν. Τάχα γὰρ καὶ πέτρας ἀγελάσαι ὁ ἐκεῖνα λόγος καθίκετο, καὶ δι' αἰδοῦς καὶ μέτον ὀφθῆς ἰοῖς ἀλλοφύλοις ἤγετο, καὶ ῥώκων ὑπεξίσαντο, καὶ ἡδέως αὐτῷ ἤκουον, καὶ πρὸς τὸ πρακτέρου, καὶ χρησότερον ἦθος μετεποιοῦντο, οἷα τραῦμα φλεγμαῖνον χειρὶ κόφῃ καταλειαινόμενον ὕδατι. Εἰ γὰρ καὶ ἦσαν ἔτοι ἀγχιτεφῆς μικρᾶ αἰρόμενοι γαμψώνυχες ὄρνιθες, καὶ βαρῆς ἐπεπωτῶντο τοῖς ὑπὸ χεῖρα Πωικαῦτα Ῥωμαίοις, μετοικεσίαν αὐτοῖς ὡς Σικελίαν ἐπαπειλήμενοι· ἀλλ' ἦν ἐκεῖθεν τὰς δέη βεβαίνοντας, καὶ δυτότερα τῶν ἐνεχώτων τὰ ἐσέπωτα ὑφορωμένης κακὰ, ἐπισυπῆγε γε, καὶ διέθαλπε, καθὰ καὶ ὄρνις ὑπὸ ἰᾶς ἑαυτῆ περισυσέλλη πτέρυγας ἰᾶ νεόττια, καὶ τὸ τῆ ψυμῆ Μερρᾶον τῶν κρατίστων μετήμβε ποιῆ τῆ πικράζοντος, ὥπερ Μωσαϊκὸν μέσος ξύλον προσλαμβαιόμενος. ideſt: *Et celebratur, ut numquam aliàs, Dominus, eo quòd miſericordiam ſuam tum temporis admirabilem reddiderit, qui Martyrum ſupplicationibus, ut credere par eſt, flexus fuerit, & Archiepiſcopi Theſſalonicenſis precibus annuerit. Erat hic eloquentiâ, ac virtute ubique celebratiſſimus Euſtathius, eximiâ vir prudentiâ, multarumque rerum experientiâ admirabili, ac ſtupendâ præditus, cujus maximè propria, ac præcipua illa nota erat, quòd doctrinam univerſæ ſapientiæ, quantacumque ea eſt, tum ſacra, tum etiam profana, plenioribus labris præ ceteris mortalibus hauſiſſet. Hic enim una affligi maluit cum grege ſuo, quàm mercenarios imitari, qui, adventantibus lupis, deſerto grege, aufugiunt: tametſi, dum hoſtes adhuc expectabantur, necdum urbem circumſederant, migrare aliò licuiſſet. quod tamen minimè ſibi faciendum cenſuit, eo quòd, ſi ipſe permanſiſſet, plurimis ſalutem eſſet allaturus: ſed ultro in urbe, tamquam in carcere, incluſus, ærumnas omnes una tolerare non deſtitit, tum ut exemplo ſuo doceret, tum etiam ut moneret, Dei verbera, tamquam benigni patris caſtigationes, æquis eſſe animis ferenda, rurſuſque ab eo, qui percuſſerat, expectandam eſſe medicinam. Nam ſi ſæpe (quæ erant ejus verba) percutere conſuevit, at ſæpiſſimè ſolet etiam mederi, maximè ſiquis manſuetè, ac leniter, & cum actione gratiarum, moleſtias perfert, nec propter earum acerbitatem,*

aut

κὴ τὰ μὲν ἄλλα ἐκεῖθι παρῆλθε με. ᾠχετο γὰρ μοι τὸ βιβλίον ἐς ὃ τῶν Ἰταλῶν. αἶμαι δὲ, ὅτι ἀνεμιήθλιω, οἷα ἔπαθον αἰχμαλωτιώδης, κὴ ὕτω δηλωθείς. εὖ μοι δὲ, ὅτι πρὸς τῇ ἐλευθερωτῇ τῷ ὄντι θεῖ λέλυμαι. Ab eâ porrò Theſſalonicenſis urbis calamitate ad plures annos ſuperfuit Euſtathius, ac certè quidem uſque ad annum M.CXCIV. quum adhuc imperaret Iſaacius Angelus, qui Andronico ſucceſſerat. Nam ex Bibliothecæ Scorialenſis Catalogo memoratam video Orationem, ab Euſtathio Archiepiſcopo Theſſalonicenſi ad eos habitam, qui in templo erant Myroblytæ, anno ab orbe condito IↃↃ.MDCCII. qui eſt ipſe ille annus poſt Chriſtum natum M.CLXXXXIV. Erat templum hoc ſanctiſſimi Martyris Demetrii, totâ Græciâ celebratiſſimum, quo frequentes Chriſtiani, ac præſertim ex Oriente, confluebant. quod quidem templum ſeculo poſt Chriſtum nono inſtauraverat, ac reſtituerat Baſilius Macedo, ut narrat Cedrenus. quo etiam poſtea venerat Baſilius II. Imperator, civilibus bellis, ac curis liberatus, ἀποδώσων τὰ εὐχαριστήρια τῷ μεγαλομάρτυρι Δημητρίῳ· nec non religioſiſſimè ventitare conſueverat Michaël Paphlago, προσλιπαρῶν τῷ τάφῳ τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Δημητρίου, κὴ ἀπαλλαγὴν εὑρέσθαι τῆς νόσου γλιχόμενος. Dictus eſt autem hic Demetrius, perinde ut aliis in locis nonnulli alii, Μυροβλύτης, ἀπὸ τοῦ μύρου, ideſt, a liquore, qui ex Magni illius Martyris ſepulcro aſſiduè manabat. Unde τὸν Μυροβλύτην μάρτυρα, Demetrium hunc dicit Nicetas, & non Martyrem Theodorum, ut falsò interpretabatur Hieronymus Wolfius, cujus ſanè errorem negligere minimè debuerunt ii, qui novam poſtea Nicetæ editionem adornarunt: ubi narrat Nicetas, ut, captâ a Siculis Theſſalonicâ, furibundi milites ſacra omnia impiè polluerint, ac contaminaverint: cum unus ex eorum ducibus, ad militarem licentiam cohibendam, ἔφιππος, σιδήρῳ κατάφρακτος, τῆ τοῦ Μυροβλύτου μάρτυρος ἡσέδη νεών. Quorum hominum, etiam poſtquam a cædibus temperarunt, tantam fuiſſe impietatem Nicetas exponit, ὥστε κὴ τὸ ἐκ τῆς σοροῦ τοῦ ἐν θαύμασι, κὴ ἐν μάρτυσι διαβοήτου Δημητρίου ἀναδιδόμενον μῦρον, καθάπαξ ἀπαύστοις, κὴ λέβησιν ἀρυόμενοι, ταῖς τῶν ἰχθύων λοπάσιν ἐνέχεον, κὴ τὸ τοῦ πηγάδος σκῦτος ταῖς μυραλοιφαῖς ἐλίπαινον, κὴ πρὸς τὰς λοιπὰς ὑπηρεσίας, ὅσας παρὸν τὸ ἔλαιον διατίθησι, χύδην, κὴ ἀσώτως ἐκέχρηντο. Verbis enim potiùs Nicetæ, quàm meis, deſcribendam mihi, atque enarrandam duxi militum illorum improbitatem, qui ſacro Demetrii liquore ſint ad res profanas ſceleratiſſimè abuſi, interea dum liquor ille, tamquam ex inexhauſto fonte, copioſior affluëret, atque ita exundaret, ut Barbari ipſi (ſic enim Græcus ſcriptor Siculos vocat) admiratione obſtupeſcerent. Hoc ergo in templo magni Martyris Demetrii concionem Euſtathius ad populum habuit anno, ut diximus, M.CXCIV. Sed & ultra ad aliquot planè annos videri poteſt Euſtathius vitam perduxiſſe, ac fortaſſe etiam ſuperſtes vixiſſe Georgio Xiphilino, qui Patriarchatum Conſtantinopolitanum tenuit ab anno M.CXCII. ad M.CXCVIII. Protecdici officium hic Xiphilinus, minoribus olim officiis adſcriptum, in majorum, altiorumque ordine adnumeraverat. quod ejus factum, contra nonnullos reprehenſores, atque obtrectatores, Euſtathius mirificè comprobavit. Patet id ex Johanne Citri Epiſcopo, qui interro-

gatus

quippe quæ judicium meum minime omnium probarent. Quo ex loco merito colligebam, multùm apud omnes Euſtathii auctoritatem valuiſſe, de cujus ſententiâ, ac judicio graviſſimæ tunc controverſiæ dirimerentur. Vixit certè ad ſummam ſenectutem Euſtathius, γέρων ἄνθρωπος ἐς βαθύ, ut ſemet ipſe appellat ad Canonem Jambicum Johannis Arclæ.

Euſtathii, Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, tempore vivebat Michaël Pſellus, is, cujus complura Opuſcula ſcribit Carolus Freſnæus contineri in codice quodam Bibliothecæ Regis Galliæ. quo etiam in codice extare ait Pſelli epiſtolas ad Euſtathium, & Euſtathii ad Pſellum: & epiſtolarum quidem Euſtathii hanc eſſe inſcriptionem: Τῷ πανιερωτάτῳ Μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης κυρίῳ Εὐσταθίῳ ἐπιστολή. Epiſtolarum verò Pſelli alteram, quæ eſt 115. inſcribi τῷ Μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης, τῷ γεγηότι Μαΐστορι τῶν ῥητόρων. Eâ ex epiſtolâ recitat Freſnæus verba hæc, quibus Euſtathius ab eruditionis, & eloquentiæ præſtantiâ laudatur: ἡ μῶσα ἡ ἐννοίας, ἡ χάρις ἡ λέξεως, τὸ γλεῦκος τῆς ἡδονῆς, ἡ φιλόσοφος Καλλιόπη, ἡ ἀμετάβλητος φύσις. ὁ αὐτὸς γὰρ ἐν Βυζαντίῳ, ἐν Θεσσαλίᾳ, πόρρωθεν Ἀθηνῶν, πρὸς αὐτῇ τῇ Ἑλλάδι, ἐν γηλόφοις, ἐν γηπέδοις, ἐν τρυφώσαις χώραις, ἐν αὐχμηρᾷ γῇ, ἐ μεταβάλλων, ἐ μετατιθέμενος. ideſt, *Muſa intelligentiæ, gratia elocutionis, muſtum voluptatis, ſapiens Calliope, ſemper indoles eadem ingenii. Idem enim Byzantii, in Theſſaliâ, procul Athenis, in ipsâ Græciâ, in collibus, in campis, in mollibus, ac delicioſis locis, in ſqualidâ regione, non mutatus, non varius.* ac rurſus: πάλαι μὲν ἦν κατ' ἱστορίας ἡ τῆς μύρου ἐκδόσεως ἅπανταχόθεν ἡ οἰκουμένης πρὸς τὴν Θεσσαλίαν αἱ πλεῖαι ἐφοίτων· τῶν δὲ πλείων, οἶμαι, αὐτόθι καθίζεσθαι κατὰ κλέος ἡ τῆς σῆς λόγου σαγόνος. *Antiquitus igitur, ut in hiſtoriis proditum eſt, plerique vulgò ex omnibus orbis terrarum partibus propter manantem, & erumpentem illum liquorem, in Theſſaliam ventitabant. Nunc verò multò plures iſthuc venturos puto propter ſtillantis eloquentiæ tuæ celebritatem.* Ac deinde, ubi de Euſtathio, ac Theſſalonicenſibus agit: ἄμφω μακαρίζω ἡ εὐτυχίας· σε μὲν, ὅτι ἔχεις, ἐφ' οἷς ἂν τὴν δύναμιν ἐνδείξῃ τῆς λόγου· ἐκείνους δὲ, ὅτι τοιοῦτον τετυχήκασιν ἱερέως, καὶ ῥήτορος. *Ambos beatos, ac fortunatos reputo: te, quòd habes, apud quos vim eloquentiæ tuæ poſſis oſtendere; illos, quòd talem nacti ſunt ſacerdotem, atque oratorem.* Itaque ex ſuperioribus Pſelli verbis colligebat Freſnæus, eâ, qua ſcribebat Pſellus, tempeſtate, vixiſſe in Theſſaliâ Euſtathium. Sed enim non eſt inde colligendum, alibi Euſtathium vixiſſe, quàm in urbe Theſſalonicâ. Nam Theſſalonica quidem a Græcis tunc temporis Theſſaliæ adſcribebatur: quippe qui Theſſaliam cum Macedoniâ confunderent, ut patet etiam ex his verbis Niceræ, de Siculis, qui Dyrrhachium, Theſſalonicam, Moſynopolim, & Amphipolim, urbes ſine dubio Macedonicas, ceperant, iterque ad urbem ipſam Conſtantinopolim affectabant: οἳ καὶ τὴν κατὰ τὴν Ἰταλῶν κατεύ-

ſeſe nunc exiſtimare, multò plures, frequentioreſque eſſe venturos, affluentiâ Euſtathianæ eloquentiæ allectos, atque invitatos; hinc colligo, epiſtolam illam videri Pſellum ſcripſiſſe non multò poſt, quàm Euſtathius ſeſe contulerat ad Eccleſiam ſuam Theſſalonicenſem; eâque ipsâ epiſtolâ gratulationem ſuam teſtificari Euſtathio voluiſſe. Erat Theſſalonica urbs primaria, ac metropolis Macedoniæ, eademque Theſſaliæ, Achajæ, & quàm plurimis populis Illyricis præpoſita: de qua ſic Theodoretus: Θεσσαλονίκη πόλις ἐστὶ μεγίστη, καὶ πολυάνθρωπος, ἡς μὲν ὁ Μακεδόνων ἔθνος τελοῦσα, ἡγεμόνη δὲ καὶ Θεσσαλίας, καὶ Ἀχαΐας, καὶ μέντοι καὶ ἄλλων πλειόνων ἐθνῶν, ὅσα τῷ Ἰλλυριῶν τὸν ὕπαρχον ἡγούμενον ἔχει. Michaël porrò ille Pſellus, cujus ad Euſtathium epiſtolæ feruntur, alius ſit omnino, neceſſe eſt, a Michaële Pſello ὑπὸ πολυγραφωτάτῳ, qui Michaëlem Ducam, Conſtantini Ducæ filium, litteris erudivit, floruitque doctrinæ famâ uno ferè ante ſeculo, quàm epiſtolæ illæ ad Euſtathium, Archiepiſcopum jam Theſſalonicenſem, ſcribi potuerint: nec hujus alterius junioris Pſelli videtur notitiam ullam habuiſſe Leo Allatius, qui Diatribam ſcripſit de Pſellis: niſi fortè ſit ille Michaël Pſellus, cujus Allatius Præfationem memorat, & Scholia in Philippi Solitarii Dioptram. quod mihi quidem ſit veriſimile. Scribebat enim Philippus ille Solitarius Dioptram ſuam anno poſt Chriſtum natum M.CV.

Quod ad Euſtathii ſcripta attinet, elucubravit ille adhuc Diaconus, & Oratorum Magiſter τὰς Παρεκβολὰς in Dionyſium Περιηγητὴν· ut palam docet inſcriptio illa, quam ſupra diximus, epiſtolæ ad Johannem Ducam, Andronici Camatoris filium: Εὐσταθίου διακόνου ἐπὶ τῶν δεήσεων, καὶ μαΐστορος τῶν ῥητόρων, τοῦ καὶ ὕστερον γενομένου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης. Unde in errorem induci potuit Nicolaus Majoranus, ut exiſtimaret, Johannem hunc Ducam, ad quem Euſtathius explicationes illas in Dionyſii Περιήγησιν conſcripſerit, filium fuiſſe Andronici Imperatoris: quo etiam ex errore factum eſſe arbitror, ut crederet Majoranus, ſibique planè perſuaderet, Andronicum Imperatorem, Euſtathii doctrinæ admiratione permotum, voluiſſe, ut is Oratoribus præeſſet, ac deinde ſupplicum libellorum miniſterio præficeretur. At enim Johannes Ducas, cui Euſtathius Dionyſium ſuum miſsâ epiſtolâ dedicavit, non filius fuit Andronici Imperatoris; ſed Andronici Camatoris, ſive, ut alii vocant, Camateri, qui honore ampliſſimo Sebaſti, magnique Drungarii ornatus fuerat. Andronici hujus Camateri honorificè ſanè meminit Johannes Cinnamus, inter eos viros clariſſimos, ac nobiliſsimos, quos Manuel Imperator legatos Antiochiam, ad petendam inde ſibi in uxorem Raimundi filiam, Mariam, eximiâ puellam pulchritudine, miſit: ἐν οἷς καὶ Ἀνδρόνικος ὁ Καματηρὸς, ὃς τῷ ἑσπέρᾳ τότε διῆσεν ἀρχῷ, ἀνὴρ σεβαστότητι μὲν ἀξιωθείς, ξυγγενὴς δὲ βασιλεῖ καὶ αὐτὸς ὤν. Hujus igitur filius Johannes Ducas, nondum erat Imperatori, ut poſtea fuit, a ſupplicibus libellis, cum ei Euſtathius Παρεκβολὰς ſuas in Dionyſium inſcribebat: ut non obſcurè indicant verba ipſa inſcriptionis: Πρὸς τὸν πανσέβαστον Δοῦκαν κύριον Ἰωάννην, τὸν μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῶν δεήσεων. Erat autem magiſtri ſupplicum libellorum munus, quale eſt deſcriptum a Georgio Codino Curopalatâ: Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων δέχεται τὰς τῶν αἰτούντων, καὶ τῶν ἀδικουμένων ἀναφορὰς, καβαλλα-

ρίου

grandibus adeo, ac laboriosis conficiendis daret; sed totum sese in rerum divinarum studium dies noctesque tradidisse, totumque ferè tempus, ut bonum pastorem decebat, curando pascendoque gregi suo impendisse: nisi fortè tamquam per otium, animique caussâ, quædam tunc in Commentariis suis Homericis suppleverit, quos jam dudum videlicet, dum Diaconum, & Oratorum magistrum ageret, scriptitaverat. Quippe etiam, ut diximus, Diaconus scripserat Eustathius Commentarios illos ad Dionysium: in quibus tamen non semel Commentariorum suorum ad Homeri Iliadem, & Odysseam meminit, ut ad versum LXVI. τῆς Περιηγήσεως. ὠνόμασται δὲ ὁ ὄρθ ἀπ' ἀνδρὸς ἐγχωρίου Ἄτλαντθ, περὶ ὃ ἐν τοῖς κὰ τὴν Ὀδύσσειαν κάλλιον γέγραπται. & ad versum CXII. περὶ δὲ ταύτης ὁ Φάρος εἴρηται μὲν κὴ ἐν τοῖς κὰ τὴν Ὀδύσσειαν. & ad versum CCCII. κὴ Μελάγχλαινοι, κὴ ἱππημολγοί, περὶ ὧν ἐν τοῖς κὰ τὴν Ἰλιάδα γέγραπται. itemque ad versum CM.XCIV. τὸ δὲ ἀφερίσεται, Ὁμηρικὴ λέξις ἐστὶ, κὴ ἐρρέθη ἐν τοῖς κὰ τὸ Ὅμηρον. Mirantur tamen nonnulli in vastis hisce ad Homerum commentariis, quòd homo Christianus, immo & Archiepiscopus, Christianos Patres rarissimè, sacros, divinosque libros numquam laudet: tametsi eorumdem librorum citandorum sæpe sese offerat occasio. Quod in suâ Bibliothecâ Græcâ excusat Johannes Albertus Fabricius, viderique inde factum ait, quia pleraque sua ex antiquioribus Homeri Interpretibus collegit Eustathius, qui interpretes, tamquam homines a Religione Christianâ alieni, nullam sacrorum librorum rationem habuerunt. Quamquam in Commentariis ad Dionysium Fabricius ipse ultro fateatur, sumere Eustathium a divinis libris testimonia, quippe qui & θεῖαν γραφὴν laudet, & verba ipsa τῦ σοφῦ βασιλέως Δαβὶδ in medium producat. At ego multò magis miror incredibilem diligentissimorum, doctissimorumque hominum negligentiam: qui tamen videri volunt, summam ipsi curam, atque operam in lectitando Eustathio posuisse. Nam & citat aliquando ad Homerum Eustathius libros divinos, eorumdemque librorum auctoritatem, ac verba ad rem suam opportunè adhibet, atque usurpat. Quod ne temere affirmasse videar, ecce tibi exempla duo, aut tria ex primo statim libro Iliadis. Sic namque Eustathius ad versum illum Homericum: Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων. p. 193. n. 189. editionis nostræ: Οἱ μέντοι ὁ ἡμετέρας θείας αὐλῆς, μέροπας τὲς ἀνθρώπους ἐπικληθῆναι φασὶν ἀπὸ τῦ μερισμῦ, ἤτοι διαμερισμῦ ὁ ὁπὸς, ὃν ἔσχον μετὰ τὸν ὁ Χαλάνης πύργον, διαμεριδέντες ἀπαινταχῆ τῆς γῆς. *Verùm qui sunt ex sacrâ nostrâ aulâ divinarum Litterarum interpretes*, μέροπας *ii vocatos esse homines asserunt* ἀπὸ τῦ μερισμῦ, *sive* διαμερισμῦ ὁ ὁπὸς, *a divisione, vel a dissidio, & partitione vocis. quæ divisio iis contigit post ædificatam turrim illam Chalanæ, quando quoque versum dispersi sunt per terras*. De turri autem illâ Chalanæ, quam divisæ hominum linguæ celebrem reddiderunt, locus est Esaiæ cap. 10. ex translatione quidem septuaginta Interpretum: ἀπ ἔλαβεν τὴν χώραν τὴν ἐπάνω Βαβυλῶνθ, κὴ Χαλάνης,

terpretationem in Βατραχομυομαχίαν. Itaque Geſnerus in Bibliothecâ Euſtathium eſſe conjiciebat (namque alii Euſtrathium vocabant) cujus in Homeri Batrachomyomachiam Commentarios alicubi extare ait in Italiâ manuſcriptos. Sed ita eos falsò opinatos ſuſpicor, eo quòd in vetuſto codice Mediceo τῆς Παρεκβολῆς Euſtathianarum ad Iliadem, in fine libri ι', quo primum volumen abſolvitur, ne paginarum extremarum ſpatium vacaret, deſcripta ibi ſit litteris aliquantò minoribus Βατραχομυομαχία, ſive, ut ea ibidem vocatur, Μυοβατραχομαχία. Unde iidem conjecerint, atque adeo audacter affirmaverint, hanc quoque Batrachomyomachiam Commentario eſſe ab Euſtathio illuſtratam. Tribuerunt item nonnulli, ut idem Majoranus teſtatur, Euſtathio noſtro Hiſtoriam Amatoriam καθ' Ὑσμίνιν, ἢ Ὑσμινίαν· quos auctores ſecutus eſt in Bibliothecâ ſuâ Conradus Geſnerus. Et ſanè Romæ in Indice Bibliothecæ Palatinæ, quæ bibliotheca pars nunc eſt nobiliſſima, ac præſtantiſſima Vaticanæ, ita notatum reperi: Εὐσταθίου φιλοσόφου τὸ καθ' Ἰσμήνιν, ἢ Ἰσμηνίαν δρᾶμα. cap. 418. 443. p. 121. Τῶ αὐτῶ ὡς τὴν Διονυσίου Περιήγησιν. c. 151. p. 1. Hiſtoriam illam Amatoriam, Euſtathii Philoſophi nomine inſcriptam, Etruſcè vertit, ac per Laurentium Torrentinum Florentiæ edidit anno M.DL. Lælius Caranus, qui eâ in hiſtoriâ vertendâ ſermone uſus eſt Florentinorum proprio, lepido adeò, atque eleganti, ut libellus ille totus eſſe melleus, nec niſi meras Veneres, ac Gratias, quamvis aliquantò laſcivior, ſpirare videatur. Præfatur autem Caranus, Græco codice ſeſe uſum eſſe ſatis mendoſo, ac depravato, auctoremque, ac ſuaſorem Italicæ illius interpretationis ſibi fuiſſe Arnoldum Arlenium, hominem apprimè doctum, & Græcarum, ac Latinarum litterarum maximè ſtudioſum. Atque ille eſt Arnoldus Arlenius, qui inſtaurando, ac locupletando Lexico, quod tunc erat, Græcolatino, Coſmo tunc Medici Florentiæ Duci, Etruriæque principi, ſtudium maximè ſuum in Latinis Græciſque litteris illuſtrandis probavit. Eadem porrò hiſtoria Latinè verſa eſt, & Græcè ſimul, ac Latinè edita a Gilberto Gaulmino, cum hac inſcriptione: Εὐσταθίου καθ' Ὑσμινίαν, ἢ Ὑσμίνιν Δρᾶμα. *Euſtathii De Iſmenia, & Iſmenes Amoribus Libri XI.* Gilbertus Gaulminus Molinenſis primus Græcè ex regiâ bibliothecâ edidit, & Latinè vertit. Lutetiæ Pariſiorum M.DC.XVIII. Qua tamen in inſcriptione illud mihi reprehendendum, quòd nomina Dramatis, ſeu Operis illius, Latina minimè omnium reſpondeant nominibus Græcis. Libellum quidem illum doctiſſimi quique homines ita vulgò citant Latinè: *videlicet De Iſmeniæ, & Iſmenes Amoribus.* eidemque libello Caranus titulum Etruſcum fecerat: *Gli Amori d' Iſmenio.* Sed ita libellum illum inſcribere, ac vocitare Latinè potuerunt, quòd Græcè legerent κατ' Ἰσμηνίαν, ἢ Ἰσμήνιν, ut ego certè ſcripſiſſe auctorem puto. Sic enim & Ἰσμηνίας legitur apud Harpocrationem, & Suidam, ὃς τῆς παρ' Ἀθηναίοις πολεμάρχος ἐπιφανής. & Ἰσμηνίας Thebanus apud Plutarchum, & Pauſaniam. & Ἰσμήνη heroina, apud Stephanum, filia videlicet Œdipi, de qua Papinius Thebaid. lib. 8.

Pactus Agenoream primis Atys ibat ab annis
Iſmenen.

& Ἰσ-

ſcrit auctori antiquus quidam codex, cujus meminit Carolus Freſnæus, cum hoc titulo: Γοίημα Εὐσαθίυ Πρωτοσπελισίμυ, τ̃ μεγάλυ Χαρτοφύλακ⊖ τ̃ καθ' Ἰσμιρίαν δρᾶμα, βιβλία περιέχον ια. At Eumathium eumdem ſcriptorem nominat codex alius Vaticanus, quem Index exhibet ita inſcriptum: Εὐμαθίυ τ̃ Μακρεμβολίτυ τ̃ καθ' Ὑσμίνην, τ̃ Ὑσμενίαν βιβλία ια. ἡ ἀρχή. Πόλις Εὐρύκωμις, τ̃ τ' ἄλλα μὲν ἀγαθή. c. 1.14. p. 3. c. 1350. p. 1. itemque Eumathium Macrembolitam codex Mediolanenſis apud Voſſium De Hiſtoricis Græcis lib. 4. c. 19. nec non codex Barberinianus.

Scribit præterea Majoranus, Euſtathii hujus noſtri libellum circumferri περὶ διαλέκτων. Libellum περὶ τ̃ παρὰ Ὁμήρῳ διαλέκτων ſub Euſtathii nomine jam pridem vulgaverat Aldus Manutius in Hortis Adonidis anno M.IIII.D. quem deinde cum aliis ejus generis ſcriptoribus Græcis recuderat anno M.D.XXIV. Franciſcus Aſulanus. Qui quidem libellus eſt hujuſmodi:

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΟΜΗΡΩ, ΔΙΑΛΕΚΤΩΝ.

Δ Ω Ρ Ι Σ.

Λέξη ποικίλη κεχρημέν⊖ Ὁμηρ⊖, τὰς ἀπὸ πάσης διαλέκτυ τ̃ Ἑλλην ίδων χαμακτῆρας ἐγκαλέμιξεν. ἐξ ὧν δηλός ἐσιν ἀπελθὼν πάσαν μὲν Ἑλλάδα, τ̃ πᾶν ἔθνος. τ̃ Δωριέων μὲν τ̃ συνήθη τ̃ βραχυλογίας ἐλλιψιν κέχρηται, τὸ δῶμα λέγων δῶ. ἅψα δέ οἱ δῶ Ἀφνειὸν πέλεται. τ̃ τὸ ὅτι, ὅ. ὅ μοι αἰετὸς ἔκλαγξε χήτας. τ̃ τὸ ὁπόσον, ὅψ, μεταβάλλων τὸ μὲν ο εἰς α· τὸ δὲ π, τ̃ σ, εἰς τὸ συγγενές αὐτοῖς, φημὶ τὸ ψ. τ̃ τὸ ἄλλοτε, ἄλλο. Ἤδη γάρ με τ̃ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσεν ἐφετμή. τ̃ τὰ τοιαῦτα. Ὁμοίως δὲ τ̃ τὰ μέσα συντέμνων, λέγει τὸν ὁμότριχας, τ̃ ὁμοετῆς, ὅτριχας, τ̃ οἰετέας· τ̃ π ὁμοπάτριος, ὁπάτριον· τ̃ τὸ τρέμην, τρῆν· τ̃ τὸ τιμᾷ, τίω. Τῶν αὐτῷ δέ ἐσι τ̃ τὸ ὑπερβιβάζειν τὰ σοιχῆα, ὡς ἐν τῷ κάρτιος, ἀντὶ τ̃ κράτιος.

Α Ι Ο Λ Ι Σ.

Αἰολέων δὲ χρῆται ἐν τοῖς συνθέτοις τῇ συγκοπῇ, καδδραθέτην λέγων, ἀντὶ τοῦ καθεδραθέτην· τ̃ ὑβάλλην, ἀντὶ τ̃ ὑπεβάλλην. Καὶ ἐπὶ τ̃ παραλατικ̃ χρόνου τὰ τρίτα πρόσωπα λήγοντα παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰς ην ἡ δίφθογγον, διὰ τ̃ η παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἐκφέρεται, ὡς ἐφίλη, εἰπόη. Οὕτω τ̃ Ὁμηρ⊖ ἐποίησε· δίδη μόσχοισι λύγασι. ἀντὶ τ̃ ἔδη,

ὅ ἐ-

ριαστώμενα ῥήματα· φρενέων, ἐννοεῶν. καὶ ἰὰς γενικὰς τὰς ἐς ἃς λαγόσας, ὡς ἰὸ Διομήδεος. Καὶ τῶν ϝλυκῶν τὰς γενικὰς τὰς ἐς ὼν λαγόσας, ὡς ἰὸ φυλλῶν, νυμφῶν, φυλέων, νυμφέων. Καὶ τῶν οὐδετέρων τὰς πληθυντικὰς εὐθείας τὰς ἐς τὸ η λαγόσας, ὡς τὰ ϛήθη, ϛήθεα, βέλη, βέλεα. Καὶ τὰς γενικὰς αὐτῶν ὁμοίως. Ἰδίως δὲ λέγονσιν ἀ τὸ τετράφατα, ἀ τὰ τοιαῦτα.

Λ Ϝ Θ Ι Σ.

Μάλιϛα δὲ ἵη Ἀτθίδι διαλέκϖ καλαχρῆται. ἀ γὰ ἐπίμικλθ ἰῶ. ἀ, ἐϖὶ λέϝεται παρ' αὐτοῖς Ἀθικοῖς λεὼς ὁ λαὸς, κατὰ ἰαὐτὸν τὸ συνήθηαν ἔϛι παρ' αὐτῷ ὁ Πηλέως, ἀ τὸ χρέως. Ἔϛι δὲ αὐτοῖς σύνηθες ἀ τὸ συναλοίφειν ἐνίοτε, ἀ ἀντὶ δύο τοιῶν μίαν συλλαβὴν, τὸ ἔϖθ, ἶϖθ, ἀ τὸ ἱμάτιον, ϑοιμάτιον. οἷς ἐϛιν ὅμοιον· Τρῶες δὲ πρώκωψαν ἀολλέες. ἀ, ϖελία λωΐτερα. ἀντὶ ἶτ λωτεύοντα. Καὶ τὸ ὑφαιρῶν τὸ π τῶν ἰδιωτῶν εὐκτικῶν, δοκοίης, δοκῷς, ἰμάϛης, τιμᾷς, ἔϛιν Ἀθικόν. ᾧ ἀκολούθως ἥρπται· ἄλλοι δὲ διακριθῆτε τάχιϛα. Ὁμοίως δὲ ἀ ἶϛο Ἀθικὸν· οἱ πλέονες, κακίως· παῦρα δὲ ἶ πατρὸς ἀρέως. ὃ λέγομεν κακίονες, ἀ ἀρέϛερες. Καὶ τὸ, τὰς αἰτιατικὰς τῶν τοιούτων μὴ διαιρῶν, ἶς βᾶς, ἶς ἰχθῦς. Ϲᾶς ϖεϊταμισμένους. ἀ, ἰχθῦς, ὄρνιθάς τε. Κἀκεῖνο δὲ ἥρπαϛ' Ἀτθικὸς· οὐδέ τί μιν δύνει ῥήγνυσι ῥέοντες. ὡς ζεύγνυσι, ἀ ὄμνυσι. Καὶ τὸ ἐξαιρῶν τὰ βραχέα τῶν τοιούτων, Ἀθικόν· λύεται, λῦται. οἶομαι, οἶμαι. Οὕτως ὧν ἀ τὸ λῦτο ἀντὶ ἶ ἐλύετο. Τῶν αὐτῶν ἔϛι ἀ τὸ ἑώρων, ἀ ἐωπσάμην, ἐκ ϖεϊωτᾶ ϖροϛιθέντων τὸ ε. Ὅθεν ἐϛὶ ἀ τὸ ἑωνοχόη. Καὶ τὸ συναιρῶν τὸ ι ἐϖὶ τῶν τοιούτων ἥονες, Νηρῆδες. Οὕτω ἀ τὸ, σφὼ δὲ μάλις' ἠθέλετον. Καὶ ἐϖὶ δ ἰϛ ι καθαρὸν λαγόϛ δολιχῆς, ϖαρατελευτῶντ ἶ α. Κέραϊ, κέρᾳ. γήραϊ, γήρᾳ. σέλαϊ, σέλᾳ. Ἔτι ἀ ἶϛο Ἀθικόν, τὸ λέξιν ἕϛων, ἀντὶ ἶ ἕϖωσαν, ἀ ἐϖέϑωαν, ἀντὶ ἶ ἐϖέϑωσαν. Ἔϛι δὲ ἀ ἡ τῶν εὐκτικῶν χρῆσις ἀντὶ ἶδν ϖαρελπλυθότων τῶν ὁριϛικῶν ϛ αὐτῆς συνηθείας· ἢ ἀ Ὅμηρ χρῆται συνεχῶς. Καὶ τὸ, ἶς ϑηλυκοῖς ἄρϑρα ἀρσενικά, ἢ μετοχὰς, ἢ ἐπίθετα συντάσσειν, ὡς τὸ, ἰὼ χἶρε. τὼ γυναῖκε. ἀ ϖαρὰ Πλάτωνι δὲ, ἄγοντε, ἀ φέροντε. ἀ, ἡ σοφὸς γυνὴ, ἀ, ἡ δίκαιθ. Οὕτως οὖν ἀ Ὅμηρ ἐϖὶ Ἥρας, ἀ Ἀθηνᾶς ἔφη· Οὐκ ἂν ἐφ' ἡμετέρων ὀχέων ϖαλιγκέντε κεραιῷ. ἀ, Ἦτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἰῶ. ἀ, κλυτὸς Ἱϖϖοδάμεια. Καὶ ϖερὶ τὸν σύνταξιν ϖολλὰ ἰδιώματα ἔχουσιν τῶν διαλέκτων, ὅταν ἥϖη ὁ Ποιητής· Ἀλλ' ἄγ' οἵϛεντον Μενελάϖ κυδαλίμοιϊ· Ἀθικὸν δίκτυσι συνήθηαν. Ὅταν δὲ ἥϖη· Δέξατό οἱ σκῆϖτρον. ἀ, Θέμιϛι δὲ καλλιϖαρήῳ δέκτο δέπας, ἐν ἶϛοις δωρίζη. Ὅσως μὲν ἂν ἰὰς ἀϖάντων Ἑλλήνων φωνὰς ἀθροίζων, ϖοικίλον ἀϖεργάζεται ἰὸν λόγον, ἀ χρῆται ϖοτὲ μὲν ταῖς ξέναις, ὥϛεῤ ἰϛὶν αἱ ϖροηρημέναι· ϖολὲ δὲ ταῖς ἀρχαίαις, ὡς ὅταν λέγῃ ἄορ, ἀ σάκθ· ϖοτὲ δὲ ταῖς καιναῖς, ἀ συνήθεσιν, ὡς ὅταν λέγῃ ξίφθ, ἀ ἀσπίδα, δῆλον.

σ' *in cognatam ils litteram, videlicet in* ψ'. *itemque pro* ἄλλοτε, *aliàs*, ἄλλο. *Iliad.* ξ v. 249. Ἤδη γάρ με ἡ ἄλλο τὸν ἐπαινυσεν ἐφετμή. *Et alia hujuſmodi. Ac ſimiliter, cum, mediis vocibus conciſis,* ἰὰς ὁμότριχτς, *eos, qui capillos habent ſimiles,* & ὁμοείῆς, *eos, qui æquales ſunt ætate, dicit* ὄτριχας, & ὁιετέας· & τὸν ὁμοπάτριον, *eodem patre natum,* ὁπάτριον· & τὸ τρέμειν, *tremere,* τρῆν· & τὸ τιμᾶ, *honoro,* τίω. *Quin & eorumdem eſt, litteras tranſponere, ut cum dicunt* κάρτιςοι *pro* κράτιςοι, *fortiſſimi.*

ÆOLICA.

Æolenſium porrò ſyncope in vocibus compoſitis utitur, cum pro κατεδραθέτωσαν, *obdormiverunt, dicit* καδδραθέτην· & *pro* ὑποβάλλειν, *ſubjicere, ſeu interpellare,* ὑββάλλειν. *Item tertiæ Perſonæ Præteriti Imperfecti, quæ apud alios deſinunt in diphthongum* εἰ, *apud Æolenſes efferuntur per* ἡ, *ut cum dicunt* ἐφίλη, *amabat,* ἐπέη, *intelligebat. Quem morem & Homerus ſecutus, ait, Iliad.* λ' v. 105. δίδη μάχοιτι λύγοιτι. *pro* ἔδει, *hoc eſt, vincebat. Et Odyſſ.* ε v. 478. Τὰς μὲν ἄρ' ἂτ' ἀνέμων διὴ μέσος ὑγρὸν ἄειντων. *Æolenſium quoque eſt immutare aliquando* τὸ σ' *in* δ', *ut cum dicunt* ὀδμαὶ, *odorem,* & ἴδμεν, *ſcimus. Et pleonaſmum in quibuſdam vocibus adhibere, ut in* εὐκηλΘ, *tranquillus, pro* ἔκηλΘ· *in* αὐτάρ, *ſed, pro* ἀτάρ· *in* κεκληγόντες, *clamantes, pro* κεκληγότες. *Et ſecundæ verborum perſonæ adjicere* ὶ θά, *ut in* Φῆθα, *fatus eſt, pro* Φῆς, & ἤσπιθα, *dixeris, pro* ἤσπις. *Cetèrùm conſonantium duplicationem alii Dorienſibus, alii Æolenſibus tribuunt. cujuſmodi eſt illud:* ἔλλαβε ποφύρεΘ θύατΘ. & ὄφρ' ὁπότερΘ τάδε ἔργα.

IONICA.

Habet etiam id, quod proprium eſt Jonum, ut in Præteritis verborum temporibus aphæreſi utatur, ut cum dicit ἔβη, *ivit,* & ἔδκε, *dedit. Habent enim in more, ut Præterita tempora ab iisdem litteris inchoent, a quibus eſt & Præſens. Quorum etiam Jonum eſt auferre* τὸ ε *in* τὸ ἱερεὺς, ἱρεὺς, *ſacerdos. Item tertiis ſubjunctivorum perſonis adjicere* ὶ σί. *cujuſmodi eſt* ὶ ἔλθησι, *veniat,* ὶ λάβησι, *capiat,* ὶ λέγησι, *dicat. atque etiam dativis,* θήρησι, *venationibus,* & ὕλησι, *ſylvis. Item dicere* ὄνομα, *nomen,* & νοῦσον, *morbum,* & τοὔμπροσθεν, *ante. Item* κενὸν, *vacuum,* & μέλαν, *nigrum, pro* κεινὸν, & μέλαν. *Item mutare* τὸ ᾱ, *cum productum fuerit, in* ἡ. *ut* Ἥρη τ' Ἀργείη. *Junoque Argiva.* & Ἀθηναίη ἀγελείη. *Minerva prædatrix. Quin & contra interdum mutare* τὸ ἡ *in* ᾱ, *ut* λελασμένΘ, *oblitus, pro* λελησμένΘ. *Item per diæreſin efferre*

verba

militer & hoc Atticum: Οἱ πλέονες, κακίους· πωῦροι δέ τε πυκτὸς ἀρήους. *Quod nos dicere solemus* κακίονες, *&* ἀρείους. *Sicuti etiam Atticum est, sine diæresi efferre hujusce modi accusativos,* τὰς βῦς, *boves, &* τὰς ἰχθῦς, *pisces, ut* βῦς περιτεμνομένας. *&* ἰχθῦς, ὀρφῶς τε. *Et illud dictum est Atticè Il. lib.* ῥ *v.* 751. ὑδέ τί μιν δεῖπνα ῥήγνυσι ῥέοντες. *ut* ζεύγνυσιν, *&* ὄμνυσι. *Præterea Atticum est, breves ex verbis istis extrahere:* λάεται, λᾶται, *lavatur.* οἴομαι, οἶμαι, *puto. Sic igitur &* λῦτο *pro* ἐλύετο, *solvebatur. Eorumdem est etiam* τὸ ἐώρων, *videbam, &* ἐωνεόμην, *emi, quippe qui ex abundanti addant* τὸ ἑ, *unde est* τὸ ἐωινοχόουν, *vinum fundebat. Quorum etiam Atticorum est, synæresin facere* τῆ ἰ *in his vocibus:* ἤονες, *littora,* Νηρῆες, *Nereides. Sic & illud Il. lib.* λ *v.* 781. σφὼ δὲ μᾶλις· πηέλετον. *Atque id etiam faciunt in dativo in* ἰ *purum desinente, ubi* τὸ ᾰ *est in penultimâ.* κέραϊ, κέρᾳ, *cornu.* γήραϊ, γήρᾳ, *senectuti.* σέλαϊ, σέλᾳ, *splendori. Ad hæc, Atticum est dicere,* ἔᾳσι *pro* ἔασι, *sint, &* ἑπέσθων *pro* ἑπέσθωσαν, *sequantur. Est etiam ejusdem consuetudinis, uti Optativis pro Præteritis Indicativorum: qua etiam frequenter utitur Homerus. Et cum femininis nominibus articulos masculinos, vel participia, vel adjectiva construere, ut* τὼ χήρε. τὼ γυναῖκε. *itemque apud Platonem,* ἄγοντε, *&* φέροντε. *&* ἡ σοφὸς γυνὴ, *&* ἡ δίκαιθ. *Sic igitur & Homerus de Junone, ac Minervâ ait Il.* ϝ *v.* 455. Οὐκ ἂν ἐφ' ἡμετέρων ὀχέων πλαγείλε κεραυνῷ. *&* Il. δ *v.* 22. Ἦτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἰῶ. *&* Il. ζ *v.* 742. κλυτὸς Ἰωσοδάμοιο. *Quumque dialecti in constructione multa sibi propria, ac peculiaria habeant, quando Poeta dicit Il.* δ *vers.* 100. Ἀλλ' ἄγ' ὀΐσευσον Μενελάε κυδαλίμοιο, *consuetudinem repræsentat Atticam. Quando verò ait Il.* β *v.* 186. Δέξατό οἱ σκῆπτρον. *&* Il. ὁ *v.* 87. Θέμις δὲ καλλιπαρῄῳ δέκτο δέπας, *in his dorisat. Manifestum igitur est, ut Poeta, Græcorum omnium vocibus congerendis, atque aggregandis, variam orationem efficiat, & interdum quidem peregrinis vocibus utatur, ut sunt eæ, quas diximus supra; interdum priscis, ut cum dicit* ἄορ, *ensem, &* σάκθ, *scutum; interdum etiam communibus, &* usitatis, *ut quando dicit* ξίφθ, *ensem, &* ἀσπίδα, *clypeum.*

C O M M U N I S.

Et admirabitur quispiam, quòd vel communes voces apud eum orationis decorum, ac gravitatem servant. Tale enim illud Il. λ *v.* 679. Ἴωνας τε ξανθὰς ἑκατὸν, ὃ πενίκειτα, *Quoniam verò ornata oratio a communi consuetudine discedit, unde evidentior fit, aut gravior, aut modis omnibus jucundior; & verborum quidem immutatio, tropus; compositionis autem, seu sententiarum, schema vocatur, & horum genera perscripta sunt in Arte dicendi; ex his videamus, quid prætermissum sit ab Homero, quidve aliud a posterioribus eo scriptoribus inventum sit, quod ille non prius dixerit.*

Hactenus in Hortis Adonidis Libellus ille De Dialectis, quæ sunt apud Homerum: quem nos hîc tamen libellum aliquantò meliorem, emendatioremque, atque

Τεσσαρακοστῆς. ἡ ἀρχή. Οὐδὲ μία σύναξις, ὃ ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ ἀδελφοί. C. 1409. p. 293. Τὰ αὐτὰ περὶ βίᾳ μοναχικῆ, ἐπὶ διορθώσει τῶν περὶ αὐτόν. ἡ ἀρχή. Ὦ ἀκριβῆς μοναχοί, ὦ ἀληθῆς Ναζαραῖοι. C. 1409. p. 300. Τὰ αὐτὰ ἐξήγησις εἰς τὸ Ἰαμβικὸν κανόνα Ἰωάννου τῆ Ἀρκλᾶ εἰς τὸν Πεντηκοστόν. ἡ ἀρχή. Ἔοικας, ὦ ἀδελφέ, τῶν περὶ μοναχῆ. C. 1409. p. 65. Alia quoque, multòque plura de rebus ſacris, ac divinis, veriſimile eſt Euſtathium hunc πολυγραφώτατον argumenta pertractaſſe: ſed ea dumtaxat, quæ retulimus, ad notitiam noſtram pervenerunt.

quippe cum in conſervatione unius, ad ſummum duorum voluminum, de pleriſque agatur: non alienum duxi officio meo, & eo ſtudio, quo litteras omnes ab ineunte ætate proſecutus ſum, dare operam, ut ſi minus omnes, at ii ſaltem, qui in manus meas pervenerunt, ab huiuſcemodi periculo, atque è tenebrarum ſolitudine vindicentur. Veruntamen, quoniam libri ferè omnes mendoſi ſunt, quod etiam bonis illis, doctiſque, ut ita dicam, temporibus, queſtor eſſe hominem legimus; poſſitque aliquantum tamen huic incommodo ſubveniri, ſi locis collatis optima quæque eligantur; ne hæc quidem pars a nobis neglecta eſt. Nam & ex omni librorum copiâ, quæ nobis facta eſt, emendatiſſimos quoſque ſumpſimus: & eos hominibus, quos ad hanc rem maxime idoneos judicavimus, deſcribendos, emendandoſque mandavimus. Quod cum in alio proclivius, in alio ſpiſſius fieret: ne interea tempus amitteretur, ab iis potiſſimùm incipiendum duximus, qui & propter copiam exemplorum, & propter recentiorem ætatem, atque [ut etiam arbitror] propter neſcio quem caſum, emendati ferè edi poterant. Quo in numero cum ſe mihi primus Euſtathius obtuliſſet, non ſum aſpernatus: ſed cum propter ipſius multiplicem variamque in omni genere diſciplinæ copiam, tum multo magis propter Homeri ipſius claritatem, quaſi omen ſecutus; eum primum edere volui, qui ipſe primum Poetarum, atque adeo ſcriptorum omnium, interpretatus eſſet. Veruntamen cum cuperem quamprimum hujus noſtræ induſtriæ aliquod exemplum, & ſpecimen dare, ut jam nunc ſtudioſi, quantum de nobis ſibi polliceri deberent, intelligerent; optimum factu eſſe duxi, non expectare, dum opus abſolveretur: ſed primam quanque partem, ut ad juſti voluminis magnitudinem accederet, deinceps edere. Quod his quinque libris accidere perſpiciens, retinere eos diutiùs nolui. In quibus ſi homines noſtram diligentiam, ſedulitatemque probabunt: eandem in reliquis, aut [ſi fieri poteſt] majorem agnoſcent. In primis autem vobis univerſi operis indicem dabimus: rem maxime utilem, ac propemodum neceſſariam: quem ab homine valde erudito, ſummèque induſtrio, conficiendum curamus. Pro quo noſtro animo ac ſtudio, eam nobis a ſtudioſis gratiam habitum iri ſperamus, quæ benemeritis de optimis litteris, ingenuiſque artibus debetur.

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΑ ΚΑΙ ΟΔΥΣΣΕΙΑΝ ΜΕΤΑ ΕΥΓΡΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΠΑΝΥ ΩΦΕΛΙΜΟΥ ΠΙΝΑΚΟΣ.

ROMÆ Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem, cum privilegiis Julii III. Pont. Max. Cæſareæ Majeſtatis, & Chriſtianiſſimi Francorum Regis. M.D.L.

JULIUS PAPA III.

UNIVERSIS & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum, ſicut accepimus, dilecti filii Benedictus Giunta, & ſocii Typographi, ad communem omnium literatorum utilitatem, opus EUSTATHII ſuper Homerum, propriâ impensâ, in almâ Urbe noſtrâ imprimi facere intendant: Nos, ne alii, ſumpto inde exemplo, idem opus imprimant, & ſic ex alieno labore, induſtriâ, & impensâ lucrum faciant, providere volentes, ipſorum Benedicti, ac ſociorum ſuper hoc nobis humiliter porrectis precibus inclinati, omnibus & ſingulis extra Dominium Sanctæ Rom. Eccl. exiſtentibus ſub excommunicationis; in Dominio autem prædicto commorantibus, ultra hoc, etiam ſub amiſſionis librorum, & centum Ducatorum auri de Camerâ, Cametæ Apoſtolicæ applicandorum, pœnâ ipſo facto per contrafacientes incurrendâ, per præſentes inhibemus, ne intra decennium a calendis Aprilis proximè futuri inchoandum, &, ut ſequitur, finiendum, opus prædictum Euſtathii in Homerum imprimere, vel imprimi facere, aut impreſſum vendere, aut venale habere, ſine ipſorum Benedicti, & ſociorum licentiâ, præſumant. Mandantes omnibus, & ſingulis locorum Ordinariis, & in dicto ſtatu Eccleſiaſtico Officialibus, & miniſtris noſtris, ut hujuſmodi noſtram inhibitionem, ubi, quando, & quoties opus fuerit, publicantes, illa faciant inviolabiliter obſervari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XII. Martii. M. D. L. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Blo. el. Fulgin.

CA-

ſervarique, & exequutioni mandari, per quos decet, faciant, quatenus gratiam noſtram charam habuerint, & pœnas prænarratas cupiant evitare. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri appenſione munitarum. Dat. in oppido noſtro Bruxellen. Die Decimaquintâ Menſis Octobris, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo quarto, Imperii noſtri Vigeſimo quarto, & Regnorum noſtrorum Vigeſimo Nono.

CAROLUS.

Ad mandatum Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis proprium.

Io Bernburger.

HENRY

Par la grace de Dieu Roy de France.

ANOZAMEZ & feaulx les gens de noz courts de parlement Aux prevoſt de Paris Senechal de Lyon ou a leurs lieutenans Et a tous noz autres Bailliz & Seneſchaulx quil appertiendra ou à leurs lieutenans ſalut & dilectiõn Noſtre cyer & bien ame maiſtre Nicolas Majorana nous a faict dire & Remonſtrer que puis nagueres il a corrige les commentaires eſtans engrec faictz ſur les livres Dhomere compoſes par Heuſtatius aucteur grec choſe qui na iamais eſte miſe en lumiere avec grande longueur de temps ou il a prins grand peine travail & labeur ſans la deſpence quil a faicte durant ledict temps & icelluy faict Imprimer en la Ville de Rome lequel il deſideroit ſingulierement metre en lumiere & evidence en ceſtuy noſtre Royaume Toutes foys Il duobte que au moyen de ce quil à ja bailie quelzques doubles a aucuns de ſes amys, & quil erainct quil tumbe es mains daucuns libraires, & Imprimeurs ignorans par leſquelz jlſoyt mis & expoſe en vente mal correct ainſi que ont eſte parcy devant pluſieurs deſes oeuures A ceſte cauſe pour obuier a cela jl nous a treshumblement faict ſupplier et Requerir que noſtre bon plaiſir ſoit luy permetre et conſentir quil puiſſe faire metre et expoſer en uente ledict livre en ceſtuy noeſtre Royaume par telz libraires & Imprimeurs que bon luy ſemblera & faire deſences a tous autres de ne le Imprimer ne faire Imprimer en quelque facon ou maniere que ce ſoyt. Pource eſt il que nous inclinans liberallement ala ſupplicacion & Requeſte dudict M. Nicolas Majorana Aicelluy pour ces cauſes avons permis & octroye permectons et octroyons par ces preſentes quil puiſſe et luy loiſe faire vendre et debiter en ceſtuy noſtre dict Royaume par tel ou telz desdictz libraires & Imprimeurs dicelluy quil luy plaira ledict livre anſi par luy corrige que dict eſt & ce durant le temps et terme de dix ans prochains venans enſuivans & conſecutifz commencans au jour & date de ces preſentes Sans ce que pendant & durant ledict temps aultres que ceulx qui ſeront par luy choiſiz & eſleuz le puiſſent Imprimer ne faire Imprimer vendreou en debiter en quelque maniere que ceſoyt. Si voulons et vous mandons & a chaſcun de vous endroict ſoyt ſi comme aluy appartiendra. Que de noz permiſſion & octroy & de tout le contenu cy des ſus vous faictes ſeuſfrez & laiſſez ledict Majorana & lesdictz Imprimeurs a ce par luy deputez comme dict eſt Ioyr & uſer plainement & paiſiblement Enfaiſant faire expreſſes Inhibicions et deſences de par nous ſur certaines & grans peines a nous a aplicquer a tous Libraires Imprimeurs & autres non ayans ſurce pouoir & mandement dudictz Majoranis que durant ledict temps de dix ans jlz nayent a Imprimer ne faire Imprimer ledict livre intitule Euſtatius ne jcelluy expoſer en vente comme deſſus eſt dict En procedant par vous contre ceulx qui feront trouvez faiſans le contraire comme contre jnfracteurs de noz ordonnance et deſences Cartel eſt noſtre plaiſir Doune a Eſconen le xxii. jour de Mars Ian mil cinq cens quarente & huict Et de noſtre Regne le troyſieſme.

Par le Roy.

Duthier.

molem, partim propter varia rerum impedimenta, diutiùs, quàm ſtatueram, ſit prolata, quaſi quodam fato evenit, ut ejus abſolutio in ipſa tui fauſtiſſimi Pontificatus initia incideret, ut debitum tibi quodammodo hoc opus & nomini dedicandum tuo reſervatum fuiſſe videatur. Et cujuſnam auſpiciis convenientiùs, quàm tuis, qui nunc ſummum principatum in terris obtines, ſummus interpres ſummi Poëtæ prodiret in lucem? Accipe igitur has Euſtathii doctiſſimas lucubrationes, quæ jam diu à ſtudioſis omnibus deſideratæ, nunc demum auctoritate, præſidioque tuo munitæ, ad communem eduntur utilitatem, tis, atque omnis doctrinæ ædideris, ut omnia de te ſumma ſperare poſſimus. Nec verò Euſtathium tantùm, ſed Homerum etiam ipſum, tibi dicamus, quippe qui, cum olim ſine ſuo hoc interprete, præſertim tam multis in locis depravatus, non optimè intelligeretur, editus quidem fuerat, ut legi, ſed nondum plane editus, ut intelligi poſſet. Sed, quoniam ſapientiſſimus Poëta nondum imperitorum calumnias potuit effugere, non ab re futurum duximus, ſi quam meditati ſumus, earum confutationem ſubjungeremus. Et iis, quæ de Euſtathio comperta habuimus, additis, memoriam tanti interpretis jam ſatis per ſe in aliquot ſæcula propagatam, nos quoque pro viribus poſteritati commendaremus.

DE HOMERO.

NON eram tam ignarus rerum, quin exiſtimarem, nonnullos fore, qui me parùm neceſſariam operam ſumpturum putarent, ſi dignitatem HOMERI Poëtæ defendendam ſuſciperem, quaſi verò ille defenſione indigeret, ac non potiùs ſummâ omnium laude digniſſimus videretur, qui tantum opus condidiſſet, tamque divinum, in quo omnis ſapientiæ, divinæ & humanæ, ſpectaculum Poëticis picturis exornavit, viſendumque mortalibus propoſuit. Sed cum fuerint quovis tempore multi, inter quos etiam, ſi diis placet, quoſdam invenias, qui ſe Philoſophos & dici & haberi volunt, qui uſum hujus Poëtæ inutilem prorſus eſſe, ac moribus honeſtis detrimentum afferre contendunt, horum importunitate permotus, ac potiùs coactus, cauſam tanti Poëtæ mihi etiam non deſerendam putavi, ut eum, quantùm vires ingenii mei paterentur, ab injuriis contumeliiſque iſtorum vindicarem, atque eminentiſſimum omnium, qui umquam fuerunt, Poëtam, contra eos, qui tam acriter inſurgunt, ut etiam ex omnibus ejiciendum civitatibus cenſeant, graviſſimorum hominum auctoritate, teſtimoniiſque, defenderem, & ſimul Euſtathii doctiſſimis copioſiſſimiſque interpretationibus proluderem, qui magnos rerum Græcarum theſauros depromens, in medium prodit. Hic enim omnium Philoſophorum lucubrationes, & ſententias omnes, Poëtarum præconia, regum atque imperatorum teſtimonia, denique omnium Scriptorum monumenta, quæcunque pertinere ad hujus Poëtæ enucleationem viſa ſunt, in unum quaſi corpus redegit; idemque planiſſimè declarat, hujus unius Poëtæ carminibus omnis cognitionis, virturis, atque eloquentiæ ſummam contineri, quem illi tam inſolenter exterminare nituntur, ut prodigiis refertum, ut bonis moribus perniciosum, quippe qui deorum iras, ſtupra, adulteria, impudentiùs deſcribat, peſſimo adoleſcentium exemplo, qui, quidquid nequam, aut turpe commiſerint, diis ſe ſuamque culpam magnis auctoritatibus tuerentur. Atque hujus quidem ſententiæ ducem Platonem in libris de rep. ſibi conſtituunt. cujus verba, quemadmodum & aliorum, quoties opus fuerit, ſuâ ipſorum linguâ, quò plus fidei, atque auctoritatis habeant, conſultò exponemus. Ἆρ' οὖν, ἔφη, ὅτῳ παραπλήσιον τὸν ἐπαινοῦντα ὑπὸ τῶν ἐπαινούντων μὴ εἰδότας ποιεῖν τοὺς ἐπαινοῦντας, ἃ λαμβάνειν ἐν ταῖς ψυχαῖς, ὡσαύτως τοὺ ἐπαινοῦντας δόξης ἐκείνης, ἃς ἐπῳδὰν ἦλκυσθεῖσιν, ἔχειν εἰκάσαιμεν ἂν αὐτούς; οὐδ' ἐπιστατῶν παρέσεται. Quibus nos, ut multa argumenta, quæ undique affluunt, omittamus, graviſſimam auctoritatem ipſiuſmet Platonis opponimus, qui multis in locis hunc Poëtam mirificè commendavit. Etenim, cum non ſit veriſimile, ut eumdem is damnet, quem toties laudarit, nimirum alium ejus ſenſum fuiſſe, atque adverſarii interpretantur, fatendum eſt. Loci autem Platonis, laudes Homeri continentes,

hi

dicemus? an ſecum Platonem ipſum pugnaſſe? aut eum laudando, qui vituperatione dignus eſſet, adulatorem? aut eum vituperando, qui laudem mereretur, calumniatorem? aut certè modò hoc, modò illud dicentem, inconſtantem & levem fuiſſe? nequaquam. Neque quicquam tale de tanto viro dicendum, ſi conſideremus, quibus cauſis adductus, nonnullas Homeri, aliorumque Poëtarum fabulas pueris non eſſe narrandas exiſtimarit; deinde rationem, & incredibilem utilitatem Homericæ ſapientiæ Philoſophorum laudibus teſtatam intelligamus. Primùm igitur mentem conſiliumque Platonis de uſu fabularum operæ precium eſt explicari, idque potiſſimùm ex eo loco, quem adverſarii uſurpant, & nos paulò ante adduximus: ex quo conjicere poſſumus, conſuetudinem pervulgatam Græcorum civitatibus priſcis temporibus fuiſſe, ut jocoſis fabulis adoleſcentes, quòd ea, quæ graviùs diſſerebantur, illa ætas faſtidiret, molliter placidèque tractarent; & virtutis amorem, ac rectè vivendi præcepta, ipſorum animis ſabellarum feſtivitate inſinuarent. Hujus rei teſtem locupletiſſimum Strabonem in medium adducimus. (*lib.* 1.) Οἱ παλαιοὶ φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι πρώτην τὴν ποιητικὴν, ἀναγνῶναι ὡς ἀφ' ἧς ἡμᾶς ἐκ νέων, ἢ διδάσκεσθαι ἤθη, ἢ πάθη, ἢ πρᾶξεις μετ' ἡδονῆς. Οἱ δὲ ὑμέτεροι ἢ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι ἢ σοφὸν· διὰ τοῦτο ἢ τοὺς παῖδας οἱ ἐν Ἕλλησιν πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν, ὡ ψυχαγωγίας χάριν δῆπουθεν φιλῆς, ἀλλὰ ἢ σωφροσύνης. Huic ſententiæ & Plutarchus auctor graviſſimus ſubſcripſit, in libro, quo docuit, πῶς δεῖ ἢ νέον ποιημάτων ἀκούειν. ἢ Πόθεν, inquit, τοὺς λόγους ἐκ φιλοσοφίας ἀναλαμβάνοντα μιγνυμένους πρὸς τὸ μυθῶδες, ἐλαφρὰν, ἢ πρωτοπλῆ πασχόντοις τοῖς τῶν μαθητῶν. Jam ſatis conſtat, Poëtarum uſum, cum a graviſſimis Philoſophis, tum ab univerſis civitatibus, comprobatum fuiſſe: ſed, cum juvenes, fabulis plurimùm delectati, ad eas potiſſimùm diverterent, quæ, quamvis ſpeciem haberent fœditatis, arcana tamen naturæ continebant, & penetrare in receſſus ſapientiæ cum non valerent, pravis imbuebantur opinionibus. Hoc animadvertens Plato, (9. *reip.*) qui remp. ſuam ad exemplum ejus, quam perfectiſſimam humanis quidem ingeniis formari, ſed repræſentari non poſſe cognoviſſet, non omnes

μασιν, ἵνα μὴ μάτην οἰόμενοι χαίρειν τοῖς ἔργοις. Poſtremò monendi ſunt adverſarii, ne tam acerbè nomen Poëtarum inſectentur, quorum etſi plerique veram religionem non agnoverunt, pietatem tamen, juſtitiam, temperantiam, frugalitatemque omnem coluerunt. Qua in re in primis Homerus omnium maximè prædicandus eſt, qui juſtitiæ divinæ, & humanæ vim ac naturam diligentiâ incredibili celebravit. Quòd ſi quid petulantiùs dictum apparet in fabulis, explorent, quæ ſub earum latent involucris, & mentem, non verba, introſpiciant. In quo genere habent vel maximæ auctoritatis exemplum in ſacris noſtræ religionis literis, ubi multa paſſim leguntur, quorum verba ſpecie quadam ſenſum oſtendunt imperitis eum, qui ſcriptoris optimæ planè menti non reſpondeat. in quo temeritas imperitorum periclitata, nonnumquam in varios graveſque errores delaberetur, niſi graviſſimorum Theologorum doctrina ſuccurreret. Ita hic noſter Poëta, tametſi nonnumquam videtur, aut abſurda, aut inutilia confingere, ſub eo tamen integumento deorum juſtitiam, naturamque perfectiſſimam ſemper aſſeruit. Etenim, cum extra fabulas, pietatem, cultum deorum, juſtitiam, temperantiam, ſemper ſummis laudibus efferat, neceſſe eſt fateri, etiam in fabulis idem ſenſiſſe, quod in reliquis partibus maximè prædicarit, ut in omnibus locis, quamcumque rationem ſcribendi ſecutus ſit, ſibi ipſe conſtare videatur. Cui rei confirmandæ magno nobis adjumento eſt idem Plato, idem, inquam, ille, cujus adverſarii auctoritate nituntur. qui, cum, propter religionis ſtudium, Divini nomen meruerit, numquam in iis diſputationibus, quas de naturâ deorum, & religione inſtituit, ab Homero diſſentit. Sed quid diſſentit dico? immo verò cum eo numquam non mirè conſentit, ipſo in primis aſſeverante Proclo, qui omnia ferè, quæ ab Homero potiſſimùm fabulosè dicta ſunt, phyſicis graviſſimiſque rationibus accuratiſſimè exponens, cum Platonicis ſententiis aptiſſimè cohærere demonſtrat. Cujus rei diſputationem, quoniam fuſior eſt, quàm ut paucis perſtringi poſſit, mihi prætermittendam duxi. Sed quæret aliquis, quæ tandem ſit cauſa hujus Poëticæ obſcuritatis, aut quid ex eâ utilitatis exiſtat.

Cur

Plutarcho dictum est. Εἰ δὲ δι' αἰνιγμάτων, ἢ μυθικῶν λόγων τινῶν ἐμπαίσται τὰ τοιαῦτα, οὐ χρὴ παράδοξον ἡγεῖσθαι. Τοῦτο δὲ αἴτιον Ποιητικῆς, ἢ τῶν ἀρχαίων ἔθος, ὅπως, οἱ μὲν φιλομαθέστερες, μετὰ τοὺς ἐυμυσίας ψυχαγωγήσεως, ῥᾷον ζητῶσί τι, ἢ εὑρίσκωσι τὴν ἀλήθειαν· οἱ δὲ ἀμαθεῖς, μὴ καταφρονῶσι τούτων, ὧν οὐ δύνανται συνιέναι, ἢ δὲ ἔτι ὅπως τὸ μὲν δι' ὑπονοίας σημαινόμενον, ἀγαθὸν τὸ δὲ φανερῶς λεγόμενον, εὐτελές. In eandem ferè sententiam inquit Simplicius. Τῶν δὲ παλαιοτέρων νομιζόντων μὴ δεῖν ἐν τοῖς σκυτοτόμοις τὴν ἑαυτῶν σοφίαν προτιθέναι εἰς φανερὸν ἀπόλαυσιν διὰ τὴν προαιρουμένην σοφίαν, οἱ μὲν μύθοις, οἱ δὲ συμβόλοις αὐτὴν ἀπεκρύψαν, ὡς τοῖς παρεκτεθεῖσιν τὰ ἀποῤῥητότερα τῶν ἱερῶν. His de causis Parmenides, Empedocles, Zoroastres, Democritus, Orpheus, Hesiodus, & alii quàm plurimi sapientiam, & præcepta rectè honestèque vivendi versibus fabulisque tradidere. Quorum omnium quàm luculentissimè Homerus universam Philosophiam carminibus explicavit, in quibus potissimùm corporis robur, & animi præstantiam hominibus cognoscendam proposuit. Eas itaque res duabus diversis personis convenienter ascripsit, in Iliade Achilli alteram, alteram Ulyssi in Odysseâ. quod Plutarchus paucis his verbis indicavit. Διὰ μὲν τῆς Ἰλιάδος, inquit, ἀνδρίαν σώματος, διὰ δὲ τῆς Ὀδυσσείας, ψυχῆς γυμνάσασθαι παρεσκεύασε. Quæ quò clariùs elucerent, non pueros, aut fœminas ad id ostendendum, sed viros summæ fortitudinis & prudentiæ, sibi delegit. Cum autem ad demonstrandas animi & corporis vires, non mercatura, nec agricultura, aut alia hujusmodi ars omni ex parte apposita sit, quoniam his non ea periculorum moles objicitur, qua vera demonstrari fortitudo possit; sed res tantùm militaris, quod maximum omnium in rebus humanis esse censetur, bellum sibi inter Trojanos, & Græcos in argumentum Philosophiæ totius explicandæ suscepit: quo regnum florentissimum, & ampliſsimæ sunt opes maximis Græcorum classibus & copiis eversæ. Sed cum virtutis præstantia non exiguo temporis spacio plenè cognoscatur, iccirco bellum in decimum annum produxit. Quæ omnia graviter sanè, prudenterque expendens Horatius, de Homero ait:

Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius, ac melius Chrysippo & Crantore dicit.

Quin etiam Plutarchus in libro, quo docet, πῶς δεῖ τῶν νέων ποιημάτων ἀκούειν, utilitatem maximam vel ex iis fabulis elici scribit, quæ vitio dantur, & culpæ. παρὰ δὲ Ὁμήρῳ, inquit, σωφρονιστέον ἐστὶ τὸ τοιοῦτον γένος τῆς διδασκαλίας, ἔχειν δὲ ἀναβιώσεως ὑφέλιμον ἐπὶ τὰ ποιητικὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἔπεσι τῶν πραγμάτων κατασκευήν, ἢ τὰς περὶ τὸ ἦθος ἀρετάς, ἢ κακίας διαφυγήν, ἢ, ἵνα τι τέχνῃ λογικῇ μετείληφεν τὸ ἀληθινὸν πρόσφορον, μανθάνειν. Ταῦτα δὲ μετεσχηκέναι τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψαντες, ἧς ἔστι μέρος τὸ φυσικὸν, ἢ ἠθικὸν, ἢ διαλεκτικόν. ἐν δὲ τούτοις τρισὶ τὰς ἀρχὰς, ἢ τὰ σπέρματα ἐνιδρύσαντα Ὁμηρον ἢ καταμάθωμεν, πῶς ἂν μὴ πρὸ πάντων θαυμάζεσθαι ἄξιος; Quare non immeritò Dionysius Halicarnasseus, vir singulari doctrinâ, & judicio, hunc Poëtam omnis doctrinæ & eloquentiæ fontem appellat. Κορυφὴ μὲν ἦν ἁπάντων, ait, ἢ πηγὴ. ἐξ ὅτου πάντες ποταμοὶ, ἢ πᾶσα θάλασσα, ἢ πᾶσαι κρῆναι, δικαίως ἂν Ὁμηρος λέγοιτο. πῶς δὲ αὐτοῦ τούτου, ὅ τις ἂν ἅψηται, τῆς τε αὐστηρᾶς, ἢ τῆς γλαφυρᾶς ἁρμονίας ἐν ἅπασι διαπαίζηται. Non est negligendum nobis Quintiliani gravissimum judicium, qui post multas & divinas laudes, hæc de Homero pronunciavit. Quid in verbis, sententiis, dispositione totius operis? non ne humani ingenii modum excedit? ut magni sit viri, virtutes ejus non æmulari, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Verùm hic omnes sine dubio & in omni genere eloquentiæ procul a se reliquit. At Cicero, qua fuit ingenii alacritate, traditum est, inquit, etiam Homerum cæcum fuisse. at ejus picturam, non Poësim, videmus. quæ regio? quæ ora? qui locus Græciæ? quæ species formæ? qui motus hominum? qui ferarum? non ita expictus est, ut, quæ ipse non viderit, nos ut videremus, effecerit? Alexander Macedo rei militaris viaticum hunc Poëtam appellabat, hunc pulvinari subjectum tenebat, hunc scrinio Darii regis aureo, gemmisque præfulgente, servabat. Achillem hujus præconio fortunatum esse testatus est, eique adeo studiosè incubuit, ut totum planè ad verbum edidicerit, & nunc Poëtam summum virtutis præconem, nunc regium, appellare consueverit. Quid vero ejus præceptor, ille omnis naturæ indagator Aristoteles? quæ quantaque de hujus Poëtæ laudibus profert? quem alibi quidem, θεοποίητον appellat, alibi vero, πρός γε τούτοις, inquit, λέξει, ἢ διανοίᾳ πάντας ὑπερβέβληκε. item alibi, ἢ οὐδὲν ἄηθες, ἀλλ' ἔχον ἦθος, nihil non in eo morstum, nihil non summo ingenio confictum esse testatur. Non ignorabat scilicet acerrimo vir judicio, subesse fabulis ea, quæ ad Philosophum, non ad adolescentulum, pertinerent. Nec Poëticæ laude solùm, sed multarum etiam rerum commendatione extulit. Ὅμηρος δέ γε inquit, ἄλλα τε πολλὰ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, ἢ δὴ ἢ ὅτι μόνος οὐκ ἐποίησε περὶ ἀγνῶτος, ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν. Socrates quoque ille philosophorum parens ita se ei totum addixit, ut Homeri discipulus a Dione Chrysosto-

Philoſophi ferè omnes incredibilem hujus ſapientiam admirati, operam dederunt prò ſe quiſque, ut commentariis in eum conſcriptis, difficilia exeruditè, ac feliciter, ſeu potiùs divinitus, fuerit interpretatus.

DE EUSTATHIO.



UIT Euſtathius proximis ſuperioribus ſæculis, omnium eruditorum conſentiente judicio, Philoſophus longè doctiſsimus. Qui cum animadverteret majorem partem eorum, qui Homerum interpretati fuiſſent, injuriâ temporum periiſſe, ne cæterorum lucubrationes, quæ extabant, omnino interirent, arduum ſanè negocium, multorum annorum, & maximi laboris opus conſummavit. Nam & interpretationes aliorum in unum corpus redegit, & quàm plurima, quæ ipſe excogitaſſet, addidit. In quo vel maximè illud præſtitit, ut non ſolùm adultâ ætate viri, ſed etiam adoleſcentes, ſine periculo pravas opiniones imbibendi, plenam conſequerentur vitiorum virtutumque notitiam. Etenim interpres doctiſsimus, philoſophus acutiſsimus, theologus religioſiſsimus, ſenſus abditos eruit, ſpeciem omnem deformitatis abſtergit, arcana ſapientiæ ac pietatis aperit, in primiſque id agit, nequam totius philoſophiæ partem artificiis Poëticis occultatam ignoremus. Incredibile eſt memoratu, quantas opes Græcæ eloquentiæ, quantos theſauros omnium diſciplinarum, depromat. Ignotas enim fabulas, earumque origines altiùs repetitas deſcribit, rerum geſtarum hiſtorias jam prope vetuſtate obrutas, ac pene deletas, in hominum memoriam revocat, Homericæ orationis vim admirabilem ita explicat, atque enucleat, ut in iis omnibus, quæ ad ſummum Poëtarum interpretem pertinent, nullam cuiquam amplius laudem reliquiſſe videatur. Hujus quanta doctrina ſit, quàm latè pateat eruditio, ex ipſo etiam indice omnibus æſtimare in promptu eſt, qui, ut major ad omnes faciliùs manaret utilitas, data eſt opera, ut a doctiſsimo viro Matthæo Devario copioſiſsimè conſcriberetur: in quem is non ſolùm res omnes præcipuè memoratu dignas contulit; ſed & minima quæque, totumque pene ipſum Euſtathium in ſeriem, ordinemque concinnè diſtributum, ſub unum quaſi aſpectum oculorum ſubjecit. Floruit Euſtathius ſub Andronico Imperatore, Alexandro III. Lucio item III. Rom. Pontificibus, annò a Chriſto nato circiter M.CLXXX. Patria ei fuit Conſtantinopolis. Hujus doctrinæ admiratione ductus Andronicus, eum oratoribus præeſſe voluit, deinde Supplicum libellorum miniſterio præfecit. quibus muneribus ita functus eſt, ut induſtriæ, ſummæque probitatis commendatione, Eccleſiæ Theſſalonicenſis Archiepiſcopus crearetur. Ex cujus adminiſtratione quicquid dabatur otii, id totum in bonas literas conferens, has Παρεκβολὰς, ut ipſe appellat, in Homeri Iliadem & Odyſſeam eruditiſsimas compoſuit. Præterea explanationes multarum rerum refertiſsimas, in Dionyſii Afri Περιήγησιν ad Joannem Ducam Andronici Imperatoris filium conſcripſit. quæ quidem omnia ad noſtra tempora pervenerunt. Hiſtoriam item amatoriam καθ' Ὑσμίνην, καὶ Ὑσμινίαν, & interpretationem in Ἐκπραχθεῖσαν μάχην conſcriptam ab eodem nonnulli tradunt. Hujus etiam libellus περὶ διαλέκτων circumfertur. Sed lucubrationes in Homerum injuria temporum ad eam jam paucitatem exemplarium redegerat, ut non multùm abeſſent a periculo interitus, cum duo tantùm, de quibus nos compertum haberemus, ſupereſſent: quorum alterum ſanè emendatius, ac perfectius in Bibliothecâ Nicolai Rodulphi Cardinalis ſpectatæ probitatis, & doctrinæ, quo cum ego annos multos familiariſsimè fui, una cum cæteris ejus generis ſcriptoribus Græcis quàm plurimis ſummâ curâ, ac diligentiâ aſſervabatur, quos vir ille ampliſsimus, ac munificen-

ἐκ τῶν τοῦ Εὐσταθίου Παρεκβολῶν συνηρμοσμένων.

COPIÆ CORNU, SIVE OCEANUS ENARRATIONUM HOMERICARUM EX EUSTATHII In eundem Commentariis concinnatarum, Hadriano Junio autore. Froben. BASILEÆ. M.D.LVIII.

HADRIANUS JUNIUS LECTORI S.

UTitur Euſtathius ſæpiſſimè autorum teſtimonio, quos nominatim non citat, ſed ab argumento, quod tractant, circumſcribit: inter quæ faciliora ſunt, ὁ Δειπνοσοφιστὴς, Athenæus nimirum: ὁ Γεωγράφος, Strabo: ὁ Περιηγητὴς, Dionyſius Afer, qui De ſitu orbis carmine ſcripſit: ὁ Ἐθνικογράφος, ſive Ἐθνογράφος, Stephanus, qui De urbibus commentarium inſcripſit. obſcuriora paulò, & abſtruſiora, ὁ ποιήτας τὰ Διονυσιακὰ, quo ſignificatur Nonnus Panopolitanus, cujus octo, & quadraginta libri Dionyſiacòn titulo Græcè extant: Ἀλεξανδρεὺς ῥήτωρ ὁ τὰ ἐρωτικὰ παίξας, quo deſignat Achillem Statium Alexandrinum, qui octo libris luſit de Clitophontis, & Leucippes amoribus: ὁ Παραβάτης, qui eſt Julianus Cæſar, Apoſtatæ nomine notior: ὁ τῶν ῥάτωρ ἐξηγητὴς, quem Hermogenem rhetorem intelligo. ὁ Τεχνικὸς, Herodianum Grammaticum denotat, ut ὁ Τεχνικὸς Γεώργιος, Chœroboſcum.

De Græcis Literis, & Homeri lectione, & imitatione, ad ornatiſſimum Præſidem, & ad humaniſs. & doctiſs. Gymnaſii Magdalenæi ſocios, apud Oxonienſes, Laurentii Humfridi Epiſtola.

PAtriæ communis noſtræ parentis mira vis eſt, atque natura, cujus igniculos ſenſerunt hi, quorum mentes Dei nulla, aut perexigua opinio imbuit: cujus utilitatem procurare, dignitatemque amplificare, pulchrum, dedecorare autem, ejuſque gloriam infringere, turpiſſimum judicarunt. Vera quidem eſt Teucri illa vox, Patriam ibi eſſe, ubicunque bene eſt: & omne ſolum forti viro quodammodo natale eſſe, cecinit Poëta non malè: imò veriſſimum videri debet, & perſuaſiſſimum homini, Dei, & Chriſti cognitione tincto, quia permanentem hîc, ac ſtabilem civitatem non habemus, ſed futuram quærimus. tamen arcano quodam, tacitoque ſenſu movet nonnihil, ac delectat homines non inhumanos, pia mater & altrix, ut ei bene velle, & prodeſſe cupiant, quæ genuit; & in quo quiſque loco genitus eſt, in eo vivere, & mori, etſi non præclarum, certè jucundum exiſtimet. Nec opus eſt aliunde argumenta foris aſſumere: animus cujuſque, & affectus teſtis ſat locuples eſſe poteſt, maximè tum cum abeſt & caret, quàm cum præſens fruitur. Sed, præter hæc, Ulyſſis Homerici teſtimonio hoc quidem tempore contenti ſimus: qui ſenator prudentiſſimus, & dux fortiſſimus, in illâ longinquâ, & diuturnâ viginti annorum peregrinatione, auribus plurima, oculis hauſit haud paulò pauciora invitamenta: quæ omnia voluptatem quidem ſummam, ſed oblivionem Ithacæ afferre non potuerunt. Quid enim Atlantis filiâ blandius? quid ejus molliſſimis ſermonibus ad perſuadendum efficacius? quæ afflictum, ut Homerus ait, & lugentem retinere conata eſt. Quid ipsâ etiam victoriâ, ac ſpoliis dulcius? Circeis poculis ſuavius? Phæacum, Alcinoique deliciis, ſummiſque beneficiis optatius? Sirenum cantu jucun-

non Gymnaſium; tantâ multitudine profeſſorum omnium, ſtudioſorum frequentiâ, librorum copiâ, ut Academia, non collegium videatur: ex quo principes viri, Cardinales, Epiſcopi, Reip. decora, Eccleſiæ lumina prodierunt. Amo, & veneror vetus hoſpitium meum, & multorum. Nam quoad longiſſimè poſſum animo repetere ſpatium præteriti temporis, & primæ puritiæ educationem; video, præſtantiſſimi, & doctiſſimi viri, domum veſtram ampliſſimam literarum, artiumque optimarum ſedem, cum multorum aliorum, tum meorum quoque ſtudiorum nutricem ſi non unicam; at optimam ſemper, ab ineunte ætate extitiſſe. Nec enim diſſimulandum eſt, ſed præ nobis ferendum, quod occultari nec vult, nec poteſt, accepto beneficio, memoriam beneficii in pectore non impio hærere, & poſt fructum, affectum tamen in animo non degenere, adhuc gratâ cum recordatione reſidere. Proinde eorum factum, & inſtitutum probo, qui his, a quibus acceperunt beneficia, gratias agunt, vel habent, vel referunt, & memoris animi ſignificationem, quibus poſſunt, modis, vel linguâ, vel calamo, vel factis declarant. Sic enim ſumus, homines nempe, ad omnem humanitatem facti, & imbuti, quam nec religio, nec Evangelium tollit, ſed commendat etiam, ac præcipit. Imò lex hæc non ſolùm a Moyſe ſcripta, ſed a naturâ inſita, ad quam non docti, ſed facti ſumus, ut amemus amantem, adeuntem adeamus, danti demus, ut eſt apud Heſiodum ſcriptorem Ethnicum, & metienti eadem menſurâ remetiamur, vel etiam majore, ſi modò poſſumus, ut etiam Cicero 1. De officiis ex eodem tranſtulit. Quare meminiſſe juvat, quod obliviſci neque licet, neque decet, quid Gymnaſio præclariſſimo, quid ſocietati veſtræ, clariſſimæ, & chariſſimæ, debeam: quæ me ad bonas literas, ingeniique cultum formavit, & perpolivit, præſentem ad omnes literarii honoris gradus evexit, abituro alia ornamenta, & amoris cujusdam egregia documenta obtulit, abeuntem etiam, & abſentem, hiſce in regionibus peregrinantem ultro beneficiis, & beneficentiâ proſecuta eſt, atque comitata. Quæ licet ad me tandem acciſa venerit, & maxima pars malâ fide hominis alioqui non mali, ſed amiciſſimi intercepta, vel etiam ejus morte

qui me in ære eſſe ſignificem, & debere me multum, ac libenter debere, & plura debere velle declarem. Quamquam, ne prorſus vacuis manibus veniam, munuſculum paravi, ſi non quale vellem, at quod poſſum, audaciter magis, quàm cumulatè, & pro animo, ac facultatibus meis, non pro dignitate veſtrâ. Nam facultatem profecto malo a vobis deſiderari, quàm voluntatem, & ut audacem me dicatis potius, quàm ingratum. Etenim audacia in re non malâ, & ab animo bono profecta, levis quidem culpa dici poſſit, ea tamen in vitio non eſt, cum ingratitudo ſcelus ſit: & omnes ingratum oderunt, at ſic audacem multi exultant, accuſat nemo. Sed quid tandem hoc ſit, quod dono, repetendum altiùs videtur, ut vos, quid in eo animi habuerim, intelligatis. Græcorum Poëtarum principem, Trojani belli ſcriptorem, autorem ab omni propè vetuſtate clariſſimum, Poëtæ nomine honoris causâ præ cæteris ornatum, veſtris auſpiciis in lucem emitto, & ad vos mitto, ut in Bibliothecam, quam omni librorum genere non inſtructam modò, ſed refertiſſimam habetis, admittendum, & in uno aliquo angulo, vel in primâ potius claſſe, ac ordine reponendum curetis. Eſt enim Homerus, ſenex cæcus, longum iter emenſus, a Baſileâ uſque ad vos accedens, quem non minùs gratum vobis fore ſpero, quam ſi preciosi quippiam ex Indiâ, aut mirabile quiddam, prodigioſumve ex Aphricâ advehereteur. Cum verò aliquid hoc tempore vobis ſtatuiſſem ſcribere, exiſtimavi, nihil me facturum perſonæ meæ aptius, vel Magdalenenſis juventutis veſtræ ſtudiis accommodatius, quàm Græcanicum aliquod munus dare, unde Græcarum literarum ſtudioſi divitias ejus linguæ, minimo cum labore, maximâ cum voluptate, & utilitate comparent. Etenim cum antehac D. Præſidis, & Collegii veſtri conſenſu ad Græcæ linguæ profeſſionem, & prælectionem vocatus fuerim: quicquid ad vos a me ad hanc linguam promovendam proficiſceretur, mihi dandi aptiſſimum eſſe perſuadebam, vobis accipientibus non ingratum fore confidebam. Juventuti autem veſtræ quid optatius, aut gratius obvenire poſſet, non video, quum Græco ſermone nihil ſit ad diſcendum utilius, ad percipiendum jucundius, ad

accepiſſe: illam feraciorem, elegantiorem, ſuaviorem, hanc ſteriliorem, impoliriorem, horridioremq; : hæc, inquam, hoc loco non adduco: ſed illud ſeorſim adducam, & altiùs repetam, quo pacto hæc illis quodammodo propria, & domeſtica ſit, quo magis Anglorum impellam voluntates, & Magdalinenſium ſtudia ad amplectendum Græcas literas exuſcitem. Quod dum probo, ne ſit grave audire, ut, quibus itineribus, quàm longâ quaſi circuitione, & peregratione tandem ad Anglos venerit, & demum ad Oxonienſes, poſtremò ad veſtrum Gymnaſium, intelligatur. Quondam enim Græca lingua, non in Græciâ ſolùm, ubi nata eſt, culta quoque fuit, ſed latiùs ſe per omnes nationes diffudit, divino conſilio, ac providentiâ. Etenim, ut omittam Judæam, & Syriam, unde Philo Judæus ſcriptor politiſſimus, & Joſephus autor Græcè copioſiſſimus extiterunt; ut præteream D. Pauli patriam Ciliciam, in qua Græcè loquebantur, propiùs veniam, in qua Europæ orâ non ſonuit hæc lingua, non exaudita eſt? Italia hinc Magna Græcia dicta eſt: & Romani orbis terrarum domini inter ſtrepitus bellicos, Muſas non contempſerunt, ſed Togati licet, Pallata quoque ſtudia Græcorum conſectati ſunt. Nam & Ennius, quòd tres linguas calleret, tria corda habuiſſe dicitur. De Cicerone, Pompejo inde cognominato Attico, de Catone ſene hujus linguæ perſtudioſo, aliiſque innumeris Atticorum cognomen ambientibus, ſuis Græca præferentibus, nihil dicam. Quid de Heluetiis? quos Græcis literis uſos in Cæſaris Commentariis proditum eſt. Quid de torâ Germaniâ? quum aliqui in ſuis libris plus quam millia vocabula colligant, cum iſtis aut prorſus eadem, aut non multùm diſcrepantia. Quid? quod Galliam uſurpaſſe, & in ritibus quibuſdam ſuis celebraſſe, declarant ſacerdotes, a Cæſare Druydæ dicti, quia Græco verbo nomen habent, etiam Plinio teſte. Δρὺς enim quercus illis ſonat, unde hi Lucrni, ſeu Lucreuarii. Ex Galliâ, ut apparet, migravit ad Anglos. Nam, ut Beda noſter ſcribit, Normanni Latinas, & Græcas literas permiſcuerunt, unde ad nos perveniſſe non omnino eſt a probabilitate alienum. Certè Vuallorum noſtrorum, & Cornubienſium linguam cum hac magnam habere neceſſitudinem, literaſque, quibus pingunt, mirâ ſimilitudine convenire, opinor vos non ſemel audiviſſe. Noſtrum quoque ſermonem patrium cum illo multùm congruere, vobis non eſt obſcurum: ut quum ruſtici jurant, Pigis, Græci ἐπὶ γῆς dicunt, id eſt, per terram: autar poſt: & Septentrionales aey ἀεὶ

ne ſcelere non poſſumus, nec debemus: alere, fovere, conſervare, & humanitatis eſt, atque etiam officii. Nam & vos quoque, Magdalenæi, ſalutare voluerunt, & invifere. Nam hoc conſilio Illuſtriſſimus fundator, & inſtitutor Collegii veſtri, ſcholam Vvinſlettenſem, Bracklienſem, & veſtram domi celeberrimam extrui, & aperiri voluit, ut diverſis regni locis Græcarum, & humaniorum literarum ſemina ſparſa, in fœcundam ſegetem totius Reipublicæ excreſcerent. Hinc non ſolum Didaſcalum, & Hypodidaſcalum (ſic enim Ludimagiſtrum, ejuſque collegam ſubſidiarium vocatis) ad Græca rudimenta pueris, in ludo Grammatices, tradenda amplo ſalario dedit, ſed adoleſcentiores ætate, ingenio, doctrinâque ad altiora provectos, a peculiari profeſſore eruditi voluit, & confirmari. Quem curſum tenere eos, in quo feliciter, & alacriter progreſſos reliqui diſcedens, ſpero. Sin vel negligantur, vel remiſſiùs id agant, quid illis miſerius? Quæ enim poſtò ſpes eſſe poterit, ulla diſciplinarum faſtigia non collapſura, ſi doctrinarum fundamenta, & initia, vel ſtultitiâ faſtidiri, vel ſupinitate omitti cœperint? Ex hac enim diſciplinæ omnes liberales ad Latinorum notitiam emanarunt: ſine hac nec philoſophorum præcepta, nec Grammaticorum normæ, nec Dialecticorum acumen, nec Theologorum arcana percipi unquam cum ullo fructu, nedum tradi potuerunt. Denique lumine harum literarum illuſtrantur omnia, tum humana, tum divina: ſine his cæcitas, tenebræ, & caligo plus quàm Cimmeria fuit ſuperioribus temporibus, & futura eſt in poſterum. Cimmeriæ, inquam, tenebræ, ad quas divertit Ulyſſes petiturus inferos, de quibus Cicero in Academicis, & multò illuſtriùs Homerus noſter Odyſſ. Λ.

Illic ſunt populique, & mœnia Cimmeriorum
Nubibus, & cæcâ aſſidnè caligine tecta.
Illos haud unquam radiis ſol aſpicit ardens,
Nec quando aſtriferum curru petit arduus axem,
Nec curſu ad terras magno deductus Olympo:
Sed nox incumbit miſeris mortalibus atra.

Has nubes, & obſcuritatem, hanc noctem ſempiternam ex ignoratione ejus linguæ in omnibus politioribus literis, atque ſcientiis, fore affirmo, ſi non ſol, ac ſplendor Græcæ literaturæ Gymnaſiis præluceat. Quod ne fiat, prohibeat Deus linguarum autor, conditor, & conſervator: prohibete & vos pro ſapientiâ, & prudentiâ veſtrâ, ne Cimmerii populi ad vos commigrent, tenebroſis ſuis ſophiſmatum obſcuritatibus, & ignorantiæ fuligine, diſcuſsâ linguarum lu-

cc,

advenire quàm gratiſſimum: etſi alio nomine, & titulo vobis non commendaretur, certè vel quòd Graecus ſit, accepturos confido: cum ejus linguae magiſter, & Coryphæus ſit, qua & lingua ad dicendum, & mens ad ſapiendum, ac intelligendum excolitur, & praeparatur. Nam ſi advena quiſpiam natione, & linguâ Graecus, Oxoniam, ut fit, viſendae Academiae causâ, veniret, niſi mihi non ſatis cognita & perſpecta ſit officioſa veſtra in hoc genere diligentia, aditetis hominem, & peregrinum civiliter, Graecum humaniter tractaretis, ut mores, habitum ſpectetis, & loquendi, ac pronunciandi proprium, veramque rationem audiatis. Homerus autem, quibus ſtudiis excipi, qua benevolentiâ deberè linguâ Graeciſſimus, antiquitate venerandus, nobilitate clarus, eloquentiâ admirabilis, omnium ſuffragiis, omnium Graecorum optimus, maximus. Nihil enim Homericâ linguâ ornatius, cultius, elegantius. Sed illum ornare laudibus, cujus fama jam ſatis omnium monumentis celebrata eſt, & ab omni antiquitate decantata, eſſet planè poſt Homerum Iliadas ſcribere. Nullos enim puto jam eſſe Homeromaſtiges, qui Homero invideant. Quieſcit enim poſt fata invidia, nullus Momus vivit, qui è ſcholis exibilandum judicet. Zoilus etiam de laxo praecipitatus, & mortuus, jam non mordebit deinceps. Nam quòd Plato in Republicâ videatur iniquior, nihil eſt. Quem enim commentitiâ ſuâ civitate excluſit, etiam revocat, & quem, ut civem, in Politiâ numerandum non cenſuit, ut teſtem ſaepe facit, & arbitrum honorarium. Itaque praetermitto laudes: notiones quasdam, ut brevitas epiſtolae ſinet, ponam, & obſervationes de eo legendo, & imitando juvenibus proponam, ne eum, vel fruſtra legant, vel ut fabuloſum vatem negligant. Olim de patriâ Homeri certatum eſt a veteribus, &, cujas eſſet, diu addubitatum eſt, & pugnatum. quod Epigrammate Graeco Poëta luſit feſtiviſſimè:

Ἑπτὰ πόλις διρίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,

Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμὶς, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Cujus ſenſum quoniam Cicero pati feſtivitate reddit, non poſſum non adſcribere. Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei verò ſuum eſſe confirmant. itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. Quod illi de patriâ dubitant, hoc ego de nomine. quod enim illi imponam, nondum certè ſtatui. Nam mihi Poëta ſummus, Rhetor facundiſſimus, philoſophus graviſſimus, denique ar-

Θ *Concio Theta Deûm, Troum vis, Hectoris auſa.*
Ι *Fruſtra ad Peliden legatio venit Jota.*
Κ *Cappa exploratum caſtra egrediuntur utrinque.*
Λ *Lambda duces Danaûm profligat Troica pubes.*
Μ *Ardua My Grajum ſubvertunt mœnia Teucri.*
Ν *Clam Jove Ny Danaos Neptunus viribus auget.*
Ξ *Juno ſoporifero Xy fratrem fallit amore.*
Ο *Sentis O Neptune, Junoque gravem Jovis iram.*
Π *Pi Marte inſignem necat Hectoris haſta Patroclum.*
Ρ *Rho Danai cumulant, & Troes Marte cadaver.*
Σ *Sigma Thetis nato Vulcania detulit arma.*
Τ *Tau ruit in pugnas, atque iram fingit Achilles.*
Υ *Y ſuperûm exoritur bellum, vincuntque Pelaſgi.*
Φ *Pralia Phi ripas ad fluminis urget Achilles.*
Χ *Chi fugiens muros ter circum, caditur Hector.*
Ψ *Pſi ludos Danais funebres prabet Achilles.*
Ω *O patri, Aeacidâ placato, redditur Hector.*

Hac ſerie contexitur Ilias, ut ſtatim uno aſpectu incurrant in oculos, & quae vigiti libris fuse, & pluribus dilatantur, ſtatim quaſi devorati avidè poſſint, & diligenter concoqui. Multùm enim adjuvant hae quaſi notae, & tabulae. Primus ergo liber totus παλιμπαὶς eſt. Secundus magis παντικὸς. Siquidem prior arma crepat, graviſſima tamen continet in omnes vitae partes accommodata. De re militari, de claſſium inſtructu, de apparatu militari ſi quis aliquid ſcire, aut praecipere cupiat, Homerum ducem optimum, licet caecum, ad eam tamen rem plurima opportuna acie mentis pervidentem ſequatur. Quidam enim tradunt illum interfuiſſe, & αὐτόπτης fuiſſe omnium. Eſtque adeo Ilias viri magnanimi, ac Imperatoris, Martem, & μέγα φρονοῦντος, ut inquit ille, deſcriptio. Nec immeritò delectatus hoc Poëtâ legitur Alexander Magnus. Is, cum in Sigeo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, o fortunate, ait, adoleſcens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris: ut pro Archiâ Poëtâ meminit Cicero. Inflammavit enim illum ad acriùs pugnandum Homeri lecti buccina. Nec profecto fortitudo certiùs, aut planiùs in ipſis Philoſophorum libris cognoſcitur. Secundus liber imago eſt hominis prudentis, & civilis, & ut ille eſt παθητικὸς, ita hic lenis, ſedatus, & magis ἠθικὸς. Continet tamen humanae vitae ſpeculum. Nihil eſt enim noſtra vita, quàm Odyſſea, id eſt, Ulyſſea peregrinatio. Atque haec eſt παραβολὴ, & rei univerſae generalis quaedam deſignatio. Genus autem ſcriptionis eſt μικτὸν. Dialecto enim utitur ex omnibus conflatâ, ut proſit omnibus. Eſt enim Atticus, Do-

hoc nomine continentur. unde, adjectione alterius nominis, distinctio fit. admonet nos summus apud eos Poëtarum Homerus. Nam sic ait:

φάρμακα μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, σῖτα δὲ λυγρά.

Conducit & hic noster ad Poëtarum lectionem. Est enim pater Poëtarum, & fabularum omnium Oceanus: ex quo omnes fabulae, tragœdiae, & carmina, tanquam ex fonte ubertimo, fluxerunt. Sophocles itaque ab Eustathio ῥείμνος dictus. & Æschylus sua Poëmata tantùm portiunculas quasdam esse dictitavit de magnis cœnis Homeri. Euripidis, Pindari, Aristophanis opera ab hoc tanquam patre prosemînata sunt. Usus est autem carmine magnifico, & heroico, in quinto pede sæpe contra usitatas metri hexametri leges spondeum adhibens, ut majestati rerum orationis dignitas responderet. quod Hesiodus videtur aemulatus, & Latini quoque, Ovidius, & Virgilius, Latinus Homerus.

Rhetores hîc latissimum campum habent, in quo expatientur. Totus est Homerus in descriptionibus personarum, ut Agamemnonis, Thersitae: rerum, ut convivii, prandii &c. In collationibus frequens est, & mirus artifex, & in his, quae imagines Latinè, Græcè εἰκόνες dicuntur. ut in illâ dulcissimâ narratione, cum Andromache, & Hector proditurus in prælium, colloquuntur, ubi parvulus Astyanactes pulchro syderi adsimilatur. Metaphoris refertus est. Poëticâ περιφράσει multa circumloquitur, ut: ἦρ ἄν ἔτι ζώοι μετέπειτα, καὶ μοι φίλαι γόνατα ῥέοιεν. pro eo, quod succinctè solemus dicere, quamdiu vixero. Sed præcipuè notanda in hoc autore judico ea, quae a Cicerone addita ad nomen vocantur, et Epitheta. Sunt enim cuique personae sua propriè adtributa, ut Achilles ποδάρκης dicitur, quo virtus ducis, celeritas in rebus gerendis notatur. Ulysses δῖος, et πολύμητις. Agamemnon egregio adjuncto, seu attributo insignitur, ποιμὴν λαῶν, pastor populorum, quòd reges pascere populum debeant, non deglubere. Malos ergo δημοβόρους vocat, qui plebem vorant, ut et Hesiodus malos judices dixit δωροφάγους. Quid multis? Hîc oratores suos nervos intendant, ut Homerum Rhetorices optimum doctorem explicent, figuras amplificandi, ac sententiarum, verborum quoque tropos, quibus respersus est, enucleent. Nos enim indicamus tantùm, non enumeramus. Sunt hîc et Cosmographis observandae τοπογραφίαι, quemadmodum et Strabo vidit in Cimmeriorum descriptione. Sed prima cura sit, ut Poëtae fabulas evolvas, et quid sub earum involucro, et integumento occultetur, introspicias. Sunt enim hîc illustres loci communes, de Atis furiosis orbem turbantibus, de ἀλιπρήνῳ. Cicero non raro huc alludit, ut quod Homerus, Simile fertur semper ad simile, in Senectute Cicero: Pares cum paribus facillimè congregantur. Quod Homerus extulit 1. Iliad. πρὸς ᾧ, ἢ ὁπόσσω, in Famil. Epist. repetit: Quem versum senex Præcilius laudat egregiè, et ait posse eundem ἅμα πρὸς ᾧ, ἢ ὁπόσσω videre. Sed quid infinita persequor? Haec collatio ad imitandum plurimum studioso conferet. Haec pro hoc tempore annotasse satis sit. Revertar jam ad ea, unde digressus sum, et in vobis terminabitur, unde orsa est oratio. Ostendere enim volui Homerum, tum ob πολυτροπίαν ἐν λέξεως, tum propter πολυμαθίαν ἐν τῇ πραγματείᾳ, ut Plutarchus dixit, vestrae humanitati jucundum fore. Cæterùm non Homerum damus solum, explicatorem quoque subjunximus Eustathium: sed non integrum, at in compendium redactum ab homine a labore invicto, ex doctrinâ nobili, et vobis non ignoto, Adriano Junio. Vixit enim diu in Anglià. Lexicon Græcum Regi nostro Serenissimo EDOVARDO VI. dedicavit, nunc postremo Reginæ MARIÆ librum fastorum. Evulgavit alia, ut Animadversiones: Centurias item adagiorum, quas Frobeniana officina emisit. Operam hîc quoque bonam navavit. Quamquam enim totum Eustathium mallem, quàm dimidium, et, ut verè dicam, nunquam mihi placuerint Epitomae; tamen, quoniam prolixus est autor, et nusquam fere extat, tanti Scriptoris, qui mihi et interpres optimus, et Elucidarius Poëticus, & Lexicon Graecum, et Onomasticon videtur, hoc compendio absoluto quidem illo fruamur. Commendo igitur vobis Homerum nostrum, Eustathium Junii: Homerum, inquam, senili eloquentiâ quasi Nestorem: ut Poëtarum Deum, ut oratorem, Quintiliani judicio, copiâ dicendi, et brevitate etiam admirandum, ut sapientiae magistrum, ut ducem belli peritissimum, ut regendae Reipublicae præceptorem, et virtutis βυληφόρου. Commendo tibi, Reverende Præsul, vobis, Domini, ac fratres, ac juventuti vestræ. Hîc nectar Deorum, hic domus Alcinoi pulchertima, Vulcani arte extructa, hîc horti Alcinoi, in quo pirus piro succedit, pomaque pomis, oleæque virent, quarum fructus nunquam perit, nec hyeme deficit, nec æstate. Hîc Moly flore lacteo, radice nigrâ. Hîc Nepenthe, malorum levamentum, et vitiorum expultrix. Cæterùm, ut ad Homerum voco, ita ad exemplar Ulyssis extimulo, ne sint hîc nimium λωτοφάγοι. Intelligant Christum ut legis, ita studiorum omnium finem. Caveant scopulos Sirenecos, caveant Scillam, et Charybdim, caveant, ne Circeis poculis ex Christianis in prophanos vertantur. Quod fit, dum nimiùm

EUSTATHII ARCHIEPISCOPI THESSALONICAE, IN HOMERI ILIADIS ET ODYSSEAE Libros παραβολή, Indice adjuncto perutili, & copioſo. Froben. Baſileæ M. D. LX.

Ἐτυπώθη ἐν Βασιλείᾳ παρὰ Ἱερωνύμῳ τῷ Φροβενίῳ, καὶ Νικολάῳ τῷ Ἐπισκοπίῳ, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας, ᾳ φ ξ.

Ex epiſtolâ BERNARDI NERLII ad Petrum Medicem, Laurentii filium, in editionem Homeri Florentinam, anno M.CCCC.LXXXVIII.

UT omittam Nerii fratris liberalitatem, & Joannis Accajoli auxilium, Demetriique Cretenſis dexteritatem, id in primis mihi opportunum fuit, maximèque optatum, quòd ad hanc rem Demetrium Chalcondylen Athenienſem nactus eram, virum profectò tempeſtate noſtrâ doctiſſimum, præceptoremque meum, a quo hujuſmodi opus accuratiſſimè recognoſci poſſet. Perdifficile enim mihi videbatur, ſine eruditiſſimo viro id operis caſtigatiſſimum, emendatiſſimumque fieri poſſe. Itaque ex illius conſilio Homerum, ut vetuſtate primum; ita etiam divino quodam ingenio ſummum Poëtam, ac litterarum fontem, elegi; qui quidem ob incuriam, atque negligentiam librariorum ita ſui diſſimilis videbatur, ut in nullo ferè codice, quamvis perveteri, integer agnoſceretur. Quamobrem eruditiſſimi ſanè viri operâ, qualem Demetrium nactus eſt, ſummopere indigebat: qui & amore, quo me non mediocri proſequitur, & communis utilitatis gratiâ maximè adductus, ipſa Homeri opera ſingulari diligentiâ, ſummoque ſtudio cum Euſtathii commentariis conferens, examinavit, atque emendavit.

Ex DEMETRII CHALCONDYLÆ Præfatione in eamdem Florentinam editionem Homeri.

Ἐπὶ δὲ εὕρηται μὲν πάλαι κειτὸν ἀγαθὸν τοῖς φιλολόγοις γε, καὶ πανδαίοις ἡς εὐπορίαν βιβλίων Λατινικῶν (λέγω δὲ τὴν τούτων ἐντύπωσιν) ἐποιήθητο δὲ τοῦτ' αὐτὸ κἀν τοῖς Ἑλληνικοῖς βιβλίοις, ἐδὴς δὲ ἑτοιμα μέχρι καὶ νῦν ἑαυτὸν ἐς τοῦτο καθῆκαι, ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον, δεδιὼς, οἶμαι, τὴν τοῦ πράγματος δυσχέρειαν, ἣν τινες ἐκ τῆς περιφανοῦς πόλεως Φλωρεντίας εὖ πεφυκότων νέοι, καλοί τε, κἀγαθοὶ φιλομαθῆς τε, καὶ φιλέλληνες, δύο μὲν ἀδελφὼ, Βέρναρδος, καὶ Νέρις ὁ Νηριλίου, τρίτος δὲ σὺν τούτοις ἑταῖρος αὐτοῖν Ἰωάννης ὁ Ἀκκίολος, ἐκ οἶδ', ὅπως ἐπιπνοίᾳ τινὶ ἀνεφάπσαν εὖ μάλα πρόθυμοι ἐς τόδε τὸ ἔργον. Συμβουλευσάμενοι δὲ καμοὶ περὶ

ponunt) Germanicas, & Gallicas alias tas, tantum mihi negotii exhibiturum, nemo mihi unquam persuadere potuisset. Adeo ut mendosis in locis has sæpe omnes, numero octodecim, consuluerim, fore sperans, ut aliqua saltem melius aliquid afferret: sed tandem, magno id cum labore, & sine ullo fructu fieri expertus, aliquot duntaxat earum dignas, quæ consulerentur, judicaverim: primam quidem locum inter minùs malas, Romanæ, secundum Florentinæ tribuens: quas tamen & ipsas quum periculosis fœdatas mendis alicubi comperissem, in veteri quodam exemplari, & in Eustathii commentariis spem totam collocare cœpi: quam certè me non fefellisse, primùm quidem meæ editionis cum superioribus collatio, deinde verò & aliquot mearum annotationum loci apertè declarabunt. Hoc certè, quod ad Eustathii commentarios attinet, silentio prætereundum non est, lectionem, quam in illis sequitur, sæpe non solùm ab eâ, quam aliæ omnes superiores habent editiones, discrepare, sed ab eâ etiam, quæ in eo textu extat, qui illis ipsis insertus est commentariis: contrà verò cum meo veteri codice ibi maximè consentire, ubi ab illis omnibus editionibus dissentit. Cujus rei insigne exemplum habes Iliad. ϕ. v. 549. nam ibi vulgatæ omnes, quæ in manus meas pervenerunt, edit. (etiam illa, quæ ex Adriani Turnebi doctissimi alioqui, & diligentissimi viri typographiâ prodiit) sic habent,

ὥστ᾽ δέ τε δύσιν ἔχῃ μᾶζον ἀέθλου·

Τῶν οἱ ἐπιπρ᾽ ἀέλιὸν δόμεναι ἔχῃ μᾶζον ἀέθλον.

Quodque magis mirandum est, ipse adeo textus Eustathii commentariis insertus ita scriptum locum hunc exhibet: quum tamen Eustathius, cui meum vetus exemplar assentitur, ita locum hunc scribat,

ὥστ᾽ δέ τε δύσιν ἔχῃ μάνυχες ἵπποι·

Τῶν οἱ ἐπιπρ᾽ ἀέλιὸν δόμεναι ἔχῃ μᾶζον ἀέθλον.

De quâ lectione qui dubitabit, eundem meridie dubitare an lux sit, jubebo. Sic & in ipso statim limine Iliadis habent cunctæ editiones ϛίμμετ᾽, tamquam elisâ per apostrophum literâ α ex ϛίμμεται: quum tamen ϛίμμα τ᾽ pro ϛίμμα π scribere Homerum voluisse, ex sequenti loco manifestissimum sit. in quâ itidem lectione solum illud vetustum exemplar Eustathio assentitur. Mirum autem videri possit, quomodo tam parva vocula tam magnos errores in alios etiam locos invehere potuerit: quales sunt, Iliad. ν. γωμαικῶν πδυτοίων, etiam in Ald. Flor. Rom. Turn. edit. (quasi dicantur γωμαῖκες πδυτοὶ) pro γυναικῶν πόντων. Et ejusdem Iliad. ν, in multis edit. ἑτέρας δ᾽ ἀρα πξυγίωσιν (quasi a verbo πξυγόω) pro ἑτέρας δ᾽ ἀρα π ξυγίωσιν. Et Odyss. α, ἵνα πίξαφον νὺ᾽ ἐγίνετο, pro ἵνα τ᾽ ἔ ξαφον νὺ᾽ ἐγώντο. Sic alibi πτερεάμω pro π τερήμω. Sic autem & particula μ, cui adjuncta erat nota apostrophi, interdum cum præcedente voce coalescens, erroris causam nonnullis præbuit, ut in ὄγμ᾽ ἔχω, & σίβασμ᾽ ἔχω, (ita enim quædam editiones habent) quasi dicta essent pro ὄγμα ἔχω, & σίβασμα ἔχω: quum contrà legendum sit ὄγμ᾽ ἔχω, & σίβας μ᾽ ἔχω, pro ὄγμ μι ἔχω, & σίβας μι ἔχω. Sed & ipsa apostrophi notula prætermissa quosdam locos depravavit, ut Iliad. ν. v. 448, δαίμοσι pro δαιμόνι. Sunt

πρώτῳ ζωάχι ὀρίλας. Posterioris exemplum Odyss. ι, χα᾽ ἐβαλ᾽ ἐδὼ᾽ ἀνὰ κρατὶ ὀδόντα. Illic enim pro ἐμὼ legendum est ἐμῶ, elisâ ω: at hic contra pro ὀδὼ scribendum est ὀδὼν, non elisâ ω.

Verùm ex omnibus mendis, in quibus extirpandis laboravimus, nulla frequentiora sunt in superioribus editionibus, quàm quæ orta sunt ex præpositionibus, quæ cum aliis vocibus incuriâ imperitiâque librariorum coaluerunt. Hinc certè factum est, ut Homero multa vocabula adscribantur (& quidem nonnulla in bellis etiam istis, & tam pulchros titulos mentientibus lexicis) quæ si reviviscat, non intellecturus, nedum agniturus sit. Talia sunt ἀντιπέρα, & ἀώσιτον, & ὑσίμερον, & ὑπόξυλα, & ὑπαυλίς, & ὑπέμβρυον, & παραύμοις, & καπνίμια, & καπβαλλίνη, & alia denique plurima: quorum etiam quædam (si bene memini) in annot. protuli. Hæc autem commiserunt errata, qui præpositionem non intelligebant à suo verbo per tmesin [sive, cum Eustathio, anastrophen] esse disjunctam.

Particulas etiam aliquas suo loco motas, quasdam omissas, quasdam perperam adjectas inveni. Exemplum trajectionis, sive transpositionis particulæ, Odyss. ϑ. ὁ ξεῖνός μοι μάλα θαλέπ πεπνυμέν᾽ ἄνωγε, pro ὁ ξεῖν᾽ ἐμοὶ μάλα μοι δοκ. &c. Exemplum omissionis extat Odyss. α. nam ibi versum 402. ita scriptum habent multæ ex superioribus editionibus, ὅτις ἀμφιάλῳ ἰθάκῃ βασιλεύσω ἀγαυῶν, pro ὃ ἀμφιάλῳ. At verò adjectionis hoc fuerit, Odyss. ζ. Αϛυ δέ μοι δάϛυε, δῶς δέ μοι ἐδν᾽ ἀμφιβαλέσθαι. abundat enim μοι posteriore loco.

Nec verò omissa tantùm reperiuntur vocabula in quibusdam versibus, aut perperam addita, sed versus etiam integri aut deesse, aut abundare in multis exempl. comperiuntur: quorum aliquos, ni fallor, in meis annotationibus indicavi: ex collatione certè deprehendi cum multis aliis emendationibus poterunt.

Quod autem ad interpunctiones attinet è loco alieno in suum repositas, aut additas, ubi deerant, aut expunctas, ubi abundabant: quod item ad parentheseos notas attinet, maximam locis alioqui obscuris lucem afferentes: tot passim hujus diligentiæ exempla occurrent, atque adeo in ipso etiam operis limine, ut, si ea proferrem, lectorem negligentiæ suspectum habere, meritò videri possem.

Sed hoc tamen non dissimulabo, multos adhuc locos, in quibus hæream, superesse, utpote nec veteris codicis, nec Eustathii auxilio adjutus; aut ita adjutus, ut aliud auxilium requiram. Præsertim verò circa quorundam versuum dimensionem hæreo, cujus Eustathium alicubi aut parvam rationem habuisse, aut arcanam quampiam ad sulciendos versus labantes μηχανὴν scivisse crediderim, præter illas, quæ ab eo, atque ab aliis traduntur, & illas, quæ præterea ex diligenti observatione ab unoquoque colligi possunt. Mirum certè vel illud videri possit, quòd lectiones diversas sæpe annotet, cum quibus stare nullo modo potest versus, nisi quod sulcimen ἐκτὸς μηχανῆς prodeat: ut quum in hoc versu Iliad. ω, pro Λᾶς᾽ ἐγὼ οὐδὲ σε ἔτλην κλαίειν, οὐδέ τιν᾽ ἄλλον, annotat οὐδέ κω ἢ ϗ δέ κεν. siquidem hanc lectionem ϗ δέ κω Eustathium alicubi reperisse, dubitare nos typo-

gi-

factum esse Patriarcham Constantinopolitanum ordine LXXIV.

Ex Isaaci Casauboni *Epistolâ CCCCLXXXI ad Gothofredum Jungermannum.*

E nostræ Bibliothecæ scriptis codicibus Eustathii nihil scripsi ad te: quia recepit in se id oneris eruditissimus noster Rigaltius. Vocem Παρεμβολίτης non dubitamus patriam designare Auctoris. Parembole, urbis in Ægypto nomen: cujus, præter Itinerarii, & Notitiæ auctores, meminit B. Athanasius Apologiâ 2. ἡ Μελάνης πρωτοθρόνου ἐκ Παρεμβολῆς. In multis libris veteribus ita scriptum reperimus: in aliis Μαρεμβολίτου: quod si verum putarem, similiter exponendum ducerem; nec deessent rationes probabiles. Nam, ut a castris Parembole est dicta, sic potuit alia urbs inde nomen nanciscì, quòd esset sita ad τὸ μεταξὺ τῶν ποταμῶν ἐκβολῶν, sive ἐκβολὴν εἰς τὸν θάλασσαν. Sed malo alterum, ac puto verum esse. Scito autem, extare Romæ ejus Auctoris codicem, ubi non solùm Μαρεμβολίτης pro Παρεμβολίτης scriptum; sed etiam Εὐσταθίου pro Εὐσταθίου. quod olim iis imposuit, qui Conrado Gesnero, viro maximo, auctores fuerunt, ut Eustathium, & Eumathium duos diversos faceret Auctores. Nolo credas hoc mihi: at crede oculis tuis, & principium accipe Romani codicis feliciter descriptum.

Ex Jo: Alberti Fabricii *Bibliothecâ Græcâ l. 2. cap. 3. n. 8.*

Extant etiam in Iliadem pariter, atque Odysseam, diffusi, & variâ eruditione, Grammaticâ præsertim, referti Commentarii, sive, ut ab auctore inscribuntur, Παρεκβολαί, *Eustathii* patriâ CPolitani, qui Rhetorum primò Magister, [1] & magnæ Ecclesiæ Diaconus, tum designatus Lyciorum Myreorum Episcopus, ac denique Archiepiscopus Thessalonicensis, circa annum Christi [2] 1160. & post, floruit sub Manuele, Alexioque, & Andronico [3] Comnenis. Cum hisce Commentariis Græcè primùm editus Homerus est Romæ, præfixis privilegiis Julii III. Pontificis (cui etiam inscriptum opus est a Nic. Majorano) Caroli V. Imperatoris, & Henrici II. Regis Galliæ, A. 1542. – 1550. tribus in folio voluminibus: quam editionem manu Salmasii passim notatam evolvi Gluckstadii in Biblio-

1. Vide Demetrii Chomateni locum apud Allatium de consensu Ecclesiæ Oriental. & Occid. L. II. c. 8. p. 613. Etiam libellorum supplicum Magistrum fuisse Eustathium tradit, sed nescio quo auctore, Nicolaus Majoranus. In Catalogo Bibliothecæ Scorialensis p. 127. memoratur Oratio ab Eustathio Thessalonicensi Archiepiscopo habita ad eos, qui in templo erant S. Myrobletæ, sive Demetrii, in principio indictionis anno Mundi 6702. (CHRISTI 1194.)

2. Malè apud Vossium de Historicis Græcis. p. 491. excusum est A. ID CCL. Scripserat Vir doctissimus CID CL.

3. Nicetas Choniates Lib. X. Annalium narrans hujus Eustathii precibus lenitum esse furorem Siculorum, quem captâ sub Andronico Comneno Thessalonicâ in victos exercebant, hoc eum encomio mactat. *Is erat doctrinâ, eloquentiâ, & virtute celeberrimus: πολὺς, καὶ μέγας ἐν λόγοις, καὶ ἀρτιβδεπεμίῳ ἀνοσιουργῷ, Eustathius, qui & prudentiâ & usu rerum mirabili pradituit, & doctrinâ profanarum, & sacrarum literarum uberrimâ ceteris omnibus antecellebat, eâque velut insigni & peculiari notâ celebrabatur, τὸ εἰκαιόφρον ἐκεῖνο, καὶ ἐξωφρενικὸν καὶ χαραντηρίστικον. Nam ejus oratione vel horrida canes mouveri potuissent, & solo conspectu alienigenis ita erat venerabilis, ut & venienti assurgerent, & orantem libenter audirent, & ejus monitis ad humanitatem flecterentur, veluti vulnus inflammatum, quod levi manu aquâ mollitur.* Idem libro octavo eloquentissimum vocat, & DEO Mahumedis anathema dicendum, adversus Manuelis Imp. sententiam, vehementissimâ oratione contendisse refert.

& Poeticas, quæ nisi certiori hæc originis significatione explicentur, propositus locus maneret obscurus: dicta insigniora, sive Gnomas, quibus non rarò Homerica Poesis exornatur, Historias non eas modò, quibus Vocta ex professo utitur, sed latiùs interdum ex aliorum scriptis desumptas: ad hæc fabulas, alias quidem simpliciter, ut proponuntur, citrà penitiorem contemplationem, & nudas; alias verò cum allegoricâ declaratione, & altiore reconditi sensus interpretatione: & alia innumera, quorum cognitio & honesta, & ad vitam utilis est, atque ea non sidum compendiosè, verùm omninò variè. Itaque, siquis absque invidiâ, toto hoc opere pe specto, modestè dixerit, conatum hunc nostrum haud prorsus infructuosum esse, ille, opinor, non mentietur. Latinam versionem commentariorum Eustathii non in Homerum tantùm, sed & in Dionysium Periegetem, 4 adornavit *Vincentius Martinez* Valentinus, Bibliothecæ Regiæ Escurialensis Præfectus, teste in Bibliothecâ Hispanâ Nicolao Antonio. Sed hæ, aliæque viri illius translationes nunquam lucem publicam viderunt, quemadmodum nec latina versio commentariorum Eustathii in Odysseam, quam ab *Octavio Ferrario* Mediolanensi concinnatam tradit Paulus Freherus in theatro eruditorum p. 1541.

Auctorum Catalogum, quos plurimos laudat Eustathius, * proximo Capite Lectori exhibeo, in præsenti contentus adnotare, quòd sæpenumero ipsi Scriptores allegantur sub nominibus appellativis antonomasticis. v. g. ὁ Τεχνικὸς pro Dionysio Thrace, Rhetor Cilix pro Hermogene, ὁ Γεωγράφος pro Strabone, pro Athenæo ὁ Δειπνοσοφιστὴς. ὁ Περιηγητὴς pro Dionysio, ὁ τὰ ἐθνικὰ συνθέμενος, ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας pro Hermolao, & Stephano Byzantino, ὁ περὶ Περσῶν ἱστορήσας pro Xenophonte, ὁ Ἐξηγητὴς pro Herodiano, vel Apione. Ὁ διασκευάσας est illi perinde, ut auctori minorum scholiorum ad Odyss. λ. 583. Homerus ipse, quia narrat, & χρῆται διασκευαῖς adhibet, eoque delectatur, ut rectè observatum Merico Casaubono pag. 36. diss. de superâ Homeri edit. Cæterùm in vatibus ad Homerum Commentariis, occasione toties sese offerente, virum Christianum, imo Archiepiscopum, scriptores Ecclesiasticos rarissimè laudare, sacram Scripturam nunquam, meritò miratus est Jacobus Duportus p. 278. Gnomologiæ Homericæ. Videtur autem inde factum esse, quia pleraque sua ex antiquioribus Homeri Interpretibus collegit Eustathius, qui Ethnici nullam sacrorum librorum rationem habuere. In hoc quoque multus est, ut posteriorum Poëtarum Græcorum loca passim conferat cum Homericis, & quomodo ex illo expressa sint, doceat.

Dicitur præterea Batrachomyomachiam Homeri Commentario illustrasse: qui visus tamen hactenus non est, & incertâ fide refertur a Gesnero in Bibl. & a Nicolao Majorano præfatione ad Eustathium.

4. De his dicetur libro quarto cap. 2. ubi de Dionysio: at de aliis Eustathii scriptis, aliisque Eustathiis, libro quinto.

5. In commentariis ad Dionysium tamen laudat Ἰδίαν χαρὰν ad vers. 105. respiciens Ezech. XXXVIII. 13. & Davidem τοῦ ἔπαινον ad v. 666. allato Ps. CXLVII. 16.

* *Hunc nos Catalogum Scriptorum ab Eustathio citatorum aliò commodiùs reservamus.*



ASCA-

Cler. Bon. S. P. D.

UM Aſcanius Perſius, cui ego præceptori meo tantum debeo, quantum ipſe debere ſe tibi benemerenti ſuo profitetur, indicem in Homerum adornaret, qui æmulus quidem eſſe videtur illius, quem conſtruxit in Virgilium Erythræus, commodior tamen longè, ac longè utilior eo eſt: atque interea (ut totius operis veluti exemplar ſibi propoſitum haberet) indicem primi Iliadis eâ formâ concinnaſſet, quam univerſo operi inducere cogitabat; auctor ego illi fui, ut hoc exemplar, ac ſpecimen totius ædificii in lucem proferri pateretur, ut, quod ipſum optare ſciebam, judicium de eâ re, ac cenſuram eruditorum cognoſcere poſſet, Apellem quodammodo imitatus, qui pictas a ſe tabulas antequam diſtraheret, in pergulâ proponebat, & cujuſvis judicio ſubjiciebat. Ergo, ubi illi placuit edendi ejus meam eſſe provinciam, cupidè ego arripui anſam declarandi tibi, Angelelle nobiliſſime, meam erga te obſervantiam eo tibi nuncupando, præſertim cum Perſio ipſi gratius hoc facere nihil poſſem. Cujus in te animum, ac de te ſenſum, quotus vos quiſque novit, qui non norit? quippe qui virtutes tuas, in primis humanitatem, comitatem, ſingularem modeſtiam, atque in omnes ſtudioſos miram animi propenſionem, & liberalitatem, familiæ tuæ nobilitate digniſſimam, nec non eruditionem ſemper in ore habet, ac nihilominus te ſatis laudare non poſſe, ingenuè fatetur. Ejus autem ego de te prædicatione commotus, jam pridem amare te, atque obſervare coepi, turpe exiſtimans, cum te alienigena, acerrimo alioqui vir judicio, tanti faciat, me indigenam ignorationem tui præ me ferre. Ergo ex quo primùm in tuam gratiam abs te ſum humaniſſimè receptus, captavi ſemper occaſionem celebrandi tui: quod facio ſæpiſſimè in ſermone quotidiano, idemque præſtare ſcripto mirum quantum cupio; & præſtarem hic ex animi ſententiâ, ſi longiorem epiſtolam modus ipſe voluminis hujus ferre poſſet. Satis igitur mihi nunc erit declaraſſe, quàm ſim memor officii mei. Tu munus hoc a tui ſtudioſiſſimo libenter accipe; hoc, inquam, ſpecimen ſuſcipere ne te pigeat illius operis, quod magno olim uſui fore ſpero filiolis tuis ſummâ ſpe pueris. Quid enim ſperandum non erit de iis, quorum eximia & corporis, & animi bona parentum jure optimo ab omnibus celebrantur? Vale, patriæ noſtræ decus. Bononiæ Kal. Julii CIↃIↃCCVII.

De utriuſque Indicis utilitate, uſu, ſtructurâ, ad Lectorem Epiſtola.

QUænam impulerint cauſſæ duplicis in Homerum indicis, cujus tibi nunc, lector candide, ſpecimen exhibemus, ſtructorem, atque architectum ad laborem hunc ſubeundum omnium pænè exiſtimatione majorem, conjicere, tacentibus nobis, unuſquiſque poteſt. Ferè enim nemo erit, qui non putet, hujuſcemodi vigilias ab optimâ de Græcæ (cujus parens optimo jure Homerus audit) linguæ ſtudioſis bene merendi voluntate proficiſci. Sed quotuplex earum fructus ad te dimanaturus ſit, non tu facilè, niſi, aut iis ad uſum vocatis, aut a nobis edoctus, intelliges. Ut ergo rem teneas, primùm index Græcolatinus voces omnes Græcas, quæ in Homericis adhuc exſtantibus poëmatis leguntur, eo tibi ordine, eâ fide promit, ut, quæ crebriùs, quæ variùs, quot videlicet quæque locis; quare etiam quæ nullæ ab eo uſurpentur, & facillimè, & certiſſimè intelligas. Secundo loco, qua earum quævis, & quotuplici apud Poëtam ſignificatione exſtet, nihilò te ſeciùs docet, ſubjunctâ videlicet Græcis vocabulis interpretatione Latinâ.

2. παρὰ τὸ ὁμῶ, καὶ τὸ αὐτὸ τὸ ὁμιλῶ) Hinc Heſychium corrige: Ὁμηρῶν, ἡμᾶ ὁμιλεῖσθαι. Lege, ἁμᾶ ὁμιλεῖσθαι. Polit.

ὁμιλός. Series. Hic lego ὑμιόρθια. Namque Ἡμιόρθια, infinitivus modus Præteriti: Ἁρμοζεῖσθαι, infinitivus modus Præſentis. *Salvin.*

3. παρ' Εὐριπίδῃ) apud Euripidem in Oreſte v. 1189. Σοφ. βοῦ' ὅμηρον τόνδ', ὅταν ϛάχυ παλιν, ideſt, ex veteri Scholiaſte, ἐνίκων τὰς συνηφείας ἁμᾶν. Polit.

4. ὅμηρον τόνδε) Adrianus Junius, qui vaſtum Euſtathii opus in epitomen quamdam redegit, de ſuo hic quædam addidit, nobis quidem minimè omittenda, utpote quæ ad Homeri nomen, genus, atque inſtitutionem pertinent. Ea autem ſunt hujuſmodi: Ἡλείοις δέ ἐϛιν, ὑπολαβεῖν ἐκ τοῦ περὶ τὸ σῶμα πάθους. Τὸν γὰρ Ὅμηρον ἐκ τῆς ἕξεως τοῦ σώματος, τὴν τε αὐτοῦ μητρὶ τιλύσῃ τινὶ πάντων ἀγνοησάσῃ, καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν καθισθέσῃ συνελθόντος, τύμβολόν τι φασὶ αὐτῇδε ἐξ ἀδύτου ἐγκεῖσθαι, πολύ τι μᾶλλος τριχῶν ἐν ἐκτέρῳ τοῦ μηρίνου τοῦ λαιοῦ. Διδάσκαλον δὲ Ὁμήρου τὸν Κρεώφυλον τὸν Σάμιον ἔνιοί τινες· ἕτεροι δὲ Ἀριζαῖον τὸν Πραισιήσιον, οἷς ὁ Γαυγράφος ἕϛηκε. Hiſtoriam illam Heliodori habes apud eum Æthiopicorum lib. 3. ubi Calaſiris patrium dat Homero Thebas centum portarum. ibi, compreſſâ in templo a Mercurio antiſtitis ipſius uxore, natum eſſe narrat Homerum, qui inceſti coitus notam, crines ingenti longitudine in altero femorum luxuriantes retulerit, indeque ἀπὸ τοῦ μηροῦ, ſive *a femore*, Homerum eſſe appellatum, reliqua de magiſtro Homeri, quem alii Creophylum tradunt, alii Proconneſium Ariſteam, excerpta ſunt ex Strabone lib. 14. p. 639. ex quo conſtat, perperam ab Adriano illo Junio ſcriptum Ἀριζαῖον, pro quo ſcribendum ei fuerat Ἀριζέαν. Polit.

5. ὁ Μαργίτης, καὶ ἡ ἐπὶ μυῶν καὶ βατράχων μάχη) Utrumque hoc Poëma Plutarchus diſertè abjudicat ab Homero. At Margiten, Homeri adhuc junioris partum agnoſcit Dio Chryſoſtomus Orat. 53. itemque Homero aſſignant auctori Plato in Alcibiade II. & Ariſtoteles lib. de Poëticâ c. 4. Harpocratio v. Μαργίτης, Scholiaſtes Ariſtophanis ad Aves v. 914. & alii. Sic & Batrachomyomachiam Homero aſſcribit Herodotus, & Suidas; eamque communi olim conſenſu attributam fuiſſe Homero, patet ex Epigrammate Martialis 183. lib. 14. Sed & alia aſſerit Homero Herodotus, nempe Amphiarai Expeditionem, Hymnos in deos, Minotem Iliadem, Phocaidem, Cercopas, Epicichlidas, καὶ πάλλα πάντα ὅσα παιγνιά ἐϛιν Ὁμήρου. Ac præterea enumerantur a Suidâ ejusdem Amazonia, Noſti, Jambi, Arachnomachia, Gerianomachia, Ceramis, Siciliæ, ſive potiùs Occhaliæ Expugnatio, Epithalamia, Circulus, Cypria. Quæ tamen omnia neſcio, an verè Homerum auctorem habuerint. Cypria certè alterius eſſe auctoris oſtendit Herodotus in Euterpe n. 117. De Margite inter alia Homeri Opera tacet Suidas. Sed poſtea tradit de Pigrete Halicarnaſſenſi, fratre Artemiſiæ, eum ſcripſiſſe τὸν εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενον Μαργίτην, καὶ Βατραχομυομαχίαν. Polit.

6. ἐὰν ἡ Ἰλιὰς ἢ Ὀδυσσεία προτιμῶνται) Græcanicas id genus quæſtiones notat graviſſimè Seneca in lib. De Brevitate Vitæ c. 13. *Græcorum iſte morbus fuit, quærere, quem numerum remigum Ulyſſes habuiſſet: prior ſcripta eſſet Ilias, an Odyſſea: præterea an ejusdem eſſet auctoris.* Mirum autem eſt, quod ait Seneca, dubitatum olim fuiſſe, an Ilias, & Odyſſea ab eodem eſſent auctore. Duo enim illa Homeri Ποιήματα ἀναμφίλεκτα, ut teſtatur Suidas. *Polit.*

7. ζητήσεις εἰ τοῦς ὡς τινες γράφουσι) Acutus quidam libellus inſcriptus, Ἀγὼν Ὁμήρου, καὶ Ἡσιόδου. ubi, quod ait Euſtathius, ἐνίκησεν ὁ τὰ ἔργα τοῦ ἔτους. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄσπι, ut teſtè Joh. Tzetzes, λειψάνατα τῶν πανηγύρεων, καὶ πλάσεως τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἐριζησάντων, καὶ τῶν εἰς Ὁμήρου παραπεβλημένων ἐπῶν, καὶ ὕμνων ἄλλων ἀφανῶν. Fit tamen certaminis illius apud alios mentio: imprimis apud Plutarchum in Convivio Septem Sapientum p. 153. & lib. 5. Symposiac. quæſt. 2. itemque apud Libanium in Socratis Apologiâ p. 613. Ferunt, Panidam, regem Chalcidis, judicem fuiſſe certaminis, ſententiamque ſecundum Heſiodum tuliſſe, ut eſt apud Philoſtratum Heroicis in Euphorbo. Quamobrem in proverbium abiit Πανίδου ψῆφος, de iis, qui malè atque imperitè judicant. Sed gravis auctor, Dio Chryſoſtomus Orat. 2. de Regno, ideo victum ait Homerum, & juſtè victum fuiſſe, quòd non coram regibus, ſed coram agricolis, plebeiiſque hominibus, immo etiam voluptariis, ac mollibus, *contenderit*. Tum Heſiodus tripodem, quem victoriæ præmium acceperat, dedicaſſe traditur Muſis in Helicone cum Epigrammate:

Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκε,
Τριπὸν νικήσας ἐν Χαλκίδι θοῶν Ὁμήρων.

Quod Epigramma extat ibi apud Dionem, & lib. 3. Anthologiæ c. 25. Quare M. Varro in primo de Imaginibus apud Aul. Gellium, *aliquo tempore eodem* colligebat, utrumque Poëtam vixiſſe. Sic & unum alteri æqualem, aut ſupparem, faciunt Herodotus in Euterpe n. 53. Ephorus Cumanus apud Plutarchum in libro de Vitâ Homeri, Euthemenes, & Archemachus apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromatum, Caſſius in primo Annalium apud A. Gellium lib. 17. c. 21. & ſiqui ſunt alii apud Cyrillum lib. 1. contra Julianum, & apud Suidam in Heſiodo. Alii tamen magno conſenſu Homerum ſtatuunt multò antiquiorem Heſiodo, ut M. Tullius in lib. de Senectute, Velleius lib. 1. Hiſtor. Solinus c. 41. Porphyrius, & alii, quos plurimos ab hac parte ſtare ſcribit Suidas. Neque etiam deſunt, qui ſus contra veteſtior Heſiodus videatur. Quare nihil eſt, quod certò definias de certamine illo Heſiodi, & Homeri. Unum illud conſtat, Heſiodum Chalcide in funebribus Amphidamantis ludis in certamen Poëtarum veniſſe, victile, donatumque eſſe tripode, quem Muſis poſuit in Helicone. Sic enim ipſe de ſe magnificè prædicat in Operibus & Diebus v. 654.

Ἔνθαδ' ἐγὼ ἐν ἀέθλοις διέπρεσσα Ἀμφιδάμαντος
Χαλκίδα τ' εὐρείπυλα. τὰ δὲ πρόκριτα θέσπια τόλλα
Ἄειδ' ἐθέσπισαν παῖδες μεγαλήτορες. ἔνθά με φημὶ
Τρίπον νικήσαντα, φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα.
Τὸν μὲν ἐγὼ Μούσῃσι Ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα.

Non tacuiſſet, puto, Homeri nomen Heſiodus, ob magnam hominis celebritatem, ſi illum verè carmine vicilſet. Sed interim ex illis verſibus facile forſan fuit popularibus Heſiodi, fingere Homerum ab eo ſuperatum; compoſitumque ex ipſis Heſiodi verbis epigramma, in tripode illo in Helicone inſcribere. Mons enim Bœotiæ Helicon, in cujus dextro latere Aſcra, patria Heſiodi. Unde mihi quidem fit veriſimile, Bœotios, ſive Aſcræos, civis ſui gloriæ ſtudere hoc modo voluiſſe. Certè, ſi verè conſtitiſſet ſcriptum epigramma illud ab Heſiodo, non adeo apud veteres quæſitum fuiſſet, quod teſtatur Seneca ep. 89. *utrum major ætate fuerit Homerus, an Heſiodus*. Pauſaniæ in Bœoticis c. 31. inter alios tripodes, qui dedicati ſunt in Helicone, unus dicitur antiquiſſimus, ὃν ἐν Χαλκίδι λαβὼν τῷ θεῷ Εὐρύπυλος ἀνέθηκεν Ἡσιόδου, νικήσαντα ᾠδῇ. Sed non exprimit Pauſanias, ex quo potiſſimùm Poëtâ victoriam Heſiodus reportaverit. *Polit.*

Heſiodus Muſis Heliconiſin hunnce ſacravit,
Hymno divinum vincens in Chalcide Homerum.

Aſcra

adornandum. qua in re ſpecimen juxta dedit magnæ opulentiæ diligentiæque ſuæ, tum in rebus multi variique argumenti, tum in iis, quæ non eſſent hujuſmodi, deſcribendis. Unde illud quidem Carmen ab unâ perſonâ, ideſt, ab Ulyſſe, nuncupatum voluit, ut ſic tenuem ſcribendi materiem ſubdoceret, quaſi ea tantùm videlicet dicturus, quæ ad Ulyſſem pertinebant: etſi alioqui multa alia ex ingenio ſuo adtexuerit. At verò ipſum hoc Opus, quaſi uno plura nomine comprehenderet, vocavit Iliadem, non ab uno homine, ut ſi Achilleæ, ſive Achilleidos, aut ſimile aliud ei nomen feciſſet; neque propter Ilienſes ipſos, quaſi nimirum Ilienſium tantùm res adverſas complectatur: ſed quia continet res geſtas apud Ilium, ſive res Trojanas. Sin aliqui oſtendere contendant, veluti a perſonâ, cui res adverſæ contigerint, a populo nimirum Ilienſi, denominatum hoc Carmen eſſe Iliadem, unde id commodi capiunt Tragici, aliique poſt Homerum Poëtæ, ut a malè affectis, ſive calamitoſis perſonis ſua frequenter Dramata inſcribant: hi iſthinc tum aliis de cauſſis refelluntur, tum quia hoc in Opere non purè de Ilienſibus narrat Poëta, quid iis malorum acciderit: quamquam & id quidem narrat. Verùm Carminis ei ſcopus, & argumentum eſt, ut ipſe quoque in Proœmio expo-

ραδήκιων, ὅτι παμπάλαιος ἐστι, καὶ πάνυ φιλότιμος, ἔν τε πολυαφόρμοις, καὶ ἐν μὴ τοιαύταις γραφαῖς. ὅθεν ἐκεῖνο μὲν τὸ βιβλίον, ἀπὸ ἑνὸς προσώπου τῆς Ὀδυσσέως ὠνόμασεν, ὑποδηλῶν τὸ ὀλίγον τῆς τοιαύτης γραφῆς ὕλης, ὡς μόνα δεῖθεν λέξων τὰ καθ' ὃν Ὀδυσσέα· ἡ καὶ ἄλλως, καθὰ μέθοδον οἰκείαν, καὶ ἕτερα πολλὰ παρεισπλέξει. Ταύτην δὲ τῷ βίβλον, συλλήψεσι πλείοσιν Ἰλιάδα ἐκάλεσε, καὶ οὔτε ἀπὸ ἑνός τινος, ὡς ἐὰν Ἀχίλλεια, ἢ τι τοιοῦτον, ἐκαλεῖτο, οὔτε διὰ τοὺς Ἰλιεῖς, ὡς δηλαδὴ τὰ τῶν Ἰλιέων μόνων περιέχουσαν κακά· ἀλλ' ὅτι περιέχει τὰ καθ' Ἴλιον συμπεσόντα, ἤτοι τὰ Τρωϊκά. Εἰ δέ τινες ἐπαγωνίζονται δεῖξαι, ὅτι ὡς οἷόν τε ἀπὸ προσώπου παθόντος, τῶν Ἰλιέων δηλαδὴ λαοῦ, ἡ Ποίησις οὕτω [6] ὠνόμασται Ἰλιάς, ἔθεν κερδήσαντες καὶ οἱ μετὰ τὸν Ὅμηρον Τραγικοὶ, καὶ ἕτεροι, ἐκ προσώπων παθόντων οἰκεῖα πολλάκις ἐπιγράφουσι Δράματα· οἷ τοιοῦτοι αὐτόθεν ἐλεγχόν[1]), ἄλλως τε, καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἐνταῦθα ὁ Ποιητὴς [7] περὶ τῶν Ἰλιέων λέγει, τί ἔπαθον· ἀλλὰ καὶ τοῦτο μέν. Σκοπὸς δὲ αὐτῷ τοῦ βιβλίου, ὡς καὶ αὐτὸς

ἐν

Aſcra, propria patria exiſtimata eſt Heſiodi. Virg. *Aſcræum Cumana per oppida carmen.* Heſiodus aliquibus natus Cumæ, educatus Aſcræ. Præſtantius eſt educari, quàm naſci; ideoque ejus patria Cuma ſiletur, Aſcra celebratur. Quidam etiam Aſcræ natum dicunt, in quam urbem pater ejus Dius Cumanus ære alieno oppreſſus demigraverat. Idem Aſcram patriam ſuam carmine deſcribit. *Salvin.*

1. εἰ δὲ τινὲς πρὸς Τρωικῶν ἔτυχεν ὄν, ἢ μᾶλλον μετὰ τὰ Τρωϊκά) Multi de hac controverſiâ dixerunt multa. Quod ad rem noſtram facit, breviter Plutarchus in Vitâ Homeri: Γενέσθαι δέ αὐτὸν φασι τοῖς χρόνοις, οἱ μὲν κατὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον, οἱ δὲ καὶ αὐτὸν γενέσθαι· οἱ δὲ μετὰ ἔτη τὰ πολέμου· ἄλλοι δὲ μετὰ πεντήκοντα, καὶ ἑκατόν. Polit.

2. φυλαχθέντα τις) Reſcribebam cum Frobenio φιλοχρινόν τις, cum mihi commodùm in mentem venit τὸ φιλοχρινὲς, quod alibi Ariſtarchi compoſitum ſcribit ex Homerico illo, κρίνε καὶ φύλα. Polit.

3. βίβλος ἱστορικὴ πολυλόγως συντεθεῖσα) Utinam & nobis aliquando liceat Homericam hanc hiſtoriam contexere! Dignum hoc argumentum, quod adhuc diligentiùs pertractetur. *Polit.*

4. ἀνδρῶν μὲν ἡ Ἰλιὰς) Sic veteri auctori Homerus δῖλος ἐὼν πατρὸς ἑοῦ μὲν ἡ Ἰλιὰς ἀνδρῶν ἀέθλια πάσχει, διὰ δὲ ἡ Ὀδυσσεὺς ψυχῆς γυμνάσιόν τε. Atque hinc Heraclitus πολυμαθὲς vocat Iliadem; Odyſſeam verò ἠθικὸν, neque enim, inquit, omnino hæc expers philoſophiæ; ſed in utroque illo Carmine ſimilem ſui Homerum deprehendimus. Polit.

5. ὡς ἐκεῖ παρεισιὼν γέγραπται) nempe in proœmio Odyſſeæ. *Polit.*

6. ὠνόμασται Ἰλιάς) l. ὠνόμασε· Ἰλιὰς. ut correxit etiam Frobenius. *Polit.*

7. περὶ τῶν Ἰλιέων) lege mecum, & cum Froben'o, περὶ τῆς Ἰλιάδος. Polit.

Ἰάς. Καὶ τοῦτο γὰ ἐλλέλειπται, δηλοῦν, ὅτι Ἰωνικὴ διάλεκτος. Σημείωσαι δὲ ἐνταῦθα κ, ὅτι τὸ μὲν ὑπὸν Ὁμήρου Ἰλιὰς, ταυτόν ἐστι τῷ, Ὁμήρου Τρωϊκά· τὸ δὲ Ἰλιὰς μάχη Τραγικῶς, ἴσον δύναται τῷ, Τρωϊκὸς πόλεμος. Ἀλλὰ γὰρ ἤδη τῷ σκοπῷ ἐγχειρητέον, ἵνα μὴ πολὺ ἀκούσωμεν, περιττὰ ἐν οὐ δέοντι σοφίζεσθαι.

Ionica. Nam & hoc nomen est ἐλλειπτικὸν, *defectivum*, quum eo significetur Ionica dialectus. Quod autem hoc loci, velim, observes, quemadmodum, cum dicitur Ὁμήρου Ἰλιὰς, *Homeri Ilias*, idem hoc est, atque τὰ Ὁμήρου Τρωϊκὰ, *Homeri Troica*, seu *Res Trojanæ*: ita, quod apud Tragicos legitur, Ἰλιὰς μάχη, *Ilias pugna*, æquè valet, atque τὸ, Τρωϊκὸς πόλεμος, *Trojanum bellum*. At enim manus jam operi admovenda, ut ne a quoquam dici audiamus, nimiam nos in re minimè necessariâ eruditionem affectare.

1. παρὰ τοῖς Τραγικοῖς) ut apud Euripidem in Hecubâ πατρὶς Ἰλιὰς v. 905. Τροία Ἰλιὰς v. 912. Ἴλιος ἑκατὸν v. 931. Legendum enim ibi est, τὸν Ἰλιάδα στρατὸν. non, ut in nonnullis vulgatis libris, Ἰλιάδες στρατοὶ. Sic γᾶ Ἰλιὰς v. 941. Et in Troadibus v. 526. Minerva Ἰλιὰς. Neque ita tantùm Tragici; sed & Herodotus, cui Ἰλιὰς χώρη in Terpsichore n. 94. & Ἀθηναίη Ἰλιὰς in Polymniâ n. 43. & Ἰλιὰς γῆ ibidem n. 42. Sic & mulier *Ilias*. Unde *Iliades* Virgilio. Ἰλιάδες, & Τρωάδες Dionysio Halicarnass. lib. 1. Antiq. Rom. c. 72. *Politus.*

2. Τρωϊκὰ) Troica, idest, res Trojanæ, ut Argonautica, res Argonautarum. *Salvin.*

LAZA-

UT . OMNIUM . JUDICIO . PROBATUS
OMNIUM . SIBI . AMOREM . ET . VENERATIONEM . CONCILIAVERIT
PRAECIPUE . AUTEM . BENEVOLENTIA . ET . BENEFICIIS
ORDINEM . SIBI . SCHOLARUM . PIARUM
MAXIME . DEVINXERIT
ALEXANDER . POLITUS
FLORENTINUS . EX . EODEM . ORDINE
PIETATIS . ET . LITTERARUM . FAUTORI
OPTIME . DE . SE . SUIS . QUE . STUDIIS . MERITO
PRIMUM . HUNC . HOMERICAE . ILIADIS . LIBRUM
COMMENTARIORUM . QUE . IN . EAM . EUSTATHII
ARCHIEPISCOPI . THESSALONICENSIS
NUNC . PRIMUM . LATINE . A . SE . VERSUM
RECENSITUM
NOTIS . QUE . ILLUSTRATUM
SUO . IPSIUS
ET . PUBLICO . SCHOLARUM . PIARUM . NOMINE
MEMORIAE . GRATI . QUE . ANIMI . CAUSSA
L . M . Q
D . D . D

pag. 5.

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΛΦΑ ΡΑΨΩΔΙΑΝ.

COMMENTARII IN LIBRUM A.

ALEXANDRO POLITO

EX CLER. REG. SCHOLARUM PIARUM INTERPRETE.

ΜΗΝΙΝ ἄειδε, θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε·
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων, αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. 5

IRAM cane, Dea, Pelidæ Achillis
Pernitiosam, quæ innumeros Achivis dolores intulit,
Multasque fortes animas ad inferos præmisit
Heroum, eosque prædam dilacerandam fecit canibus,
Alitibusque omnibus. Jovis enim peragebatur sententia.



α΄ ΟΤΙ ἓν μέν τι σῶμα συνεχὲς δίλαβ, καὶ εὐάρμοστον, ἡ τῆς Ἰλιάδος ποίησις. Οἱ δὲ συνθέμενοι ἑαυτῷ (1 καὶ ἐπιταγὴν, ὡς φασι, Πεισιστράτου τοῦ τῶν Ἀθηναίων τυράννου) Γραμματικοὶ, ᾧ διορθωταί μενοι, κατὰ τὸ ἐκείνοις ἀρέσκον, ὧν κορυφαῖος 6 ὁ Ἀρίσταρχος, ᾧ 7 μεθ' ἐκεῖνον Ζηνόδοτος, διὰ τὸ ἐπί-



I. NUM universè, ac continuum, beneque aptatum corpus, carmen est Iliadis. Grammatici verò (qui, jussu, ut ferunt, Pisistrati, Athenienſium tyranni, illud concinnarunt, & arbitratu ſuo correxerunt) quorum princeps Ariſtarchus, & ſecundùm illum Zenodorus, quia ob nimiam longitudinem difficilè tractabatur, faſtidiumque idcir-

1. ΥΠΟΘΕΣΙΣ) Argumenta primorum quinque librorum Iliadis omiſit Editio Romana: quæ tamen, ne a quopiam deſiderarentur, in unum conjuncta in ipſo Operis veſtibulo dedit Frobenius, cum inſcriptione: *Ὑποθέσεις τῶν πέντε πρώτων βιβλίων τῆς Ἰλιάδος, τῶν λοιπῶν μὲν ὄντων τῷ ἑκάστῳ τούτοις ἐν ἀρχῇ προτεταγμένων.* Ea ſingulis per ſe libris præfixit Adrianus Junius in Epitome Euſtathianâ: quæ ad ſingulos pariter libros legas in Florentinâ editione Homeri, atque in ceteris pleriſque omnibus Homericis editionibus. *POLITUS.*

2. γνῶσιν τόνε) Romana editio antiquorum Scholiorum in Homerum, τοῦτο γνῶσι. Polit.

3. ΡΑΨΩΙΔΙΑΝ) Frobenius addit, ΤΗΣ ΙΛΙΑΔΟΣ. *Polit.*

4. Ὅτι) Frequens particula Grammaticis, iis præſertim, qui loca quædam ex auctoribus excerpunt. Sic enim ſignificare volunt, quid dicat, aut commemoret Auctor, ex quo excerpta eſt ſententia, aut narratio. Quare tacitè intelligendum, quod nonnulli, ut Moſchopulus, & Tzetzes in Heſiodum, ipſeque frequenter Euſtathius, ſolent exprimere, ἐχέτω, aut quid ſimile. *Polit.*

5. κατ' ἐπιταγὴν, ὡς φασι, Πεισιστράτου) Juſſu quidem Piſiſtrati, Athenienſium tyranni, qui, ut refert Ælianus Variæ Hiſtoriæ lib. 13. c. 14. Iliadem & Odyſſeam *συναγαγὼν ἀνέγνωσε, εἰς ἕνωσιν συλλέξας ἔδωκε*, & apud Tullium *primus Homeri libros, confuſos antea, ſic diſpoſuiſſe dicitur, ut nunc habemus*: ſed, auctore tamen, & ſuaſore, ut puto, Piſiſtrati ipſius filio Hipparcho. His enim in Hipparcho ſuo celebratur a Platone, veluti qui Homeri carmina primus Athenas intulerit, atque effecerit, ut ex Rhapſœdi, feſtis Panathenæis, alternis recitarent. Quod ex Platone commemorat etiam Ælianus l. 8. c. 2. *Politus.*

Πεισιστράτου) Vide Ælianum Variâ Hiſtoriâ. *SALVINUS.*

6. ὁ Ἀρίσταρχος) Ariſtarchi in emendando Homero judicium maximo ſemper in pretio habitum ab antiquitate. Bene tamen Ovidius ep. Pont. lib. 3. el. 9. ad Brutum:

Corrigere ut res eſt tanto magis ardua, quanto
Magnus Ariſtarcho major Homerus erat.

Polit.

7. μετ' ἐκεῖνον Ζηνόδοτος) Non ille Epheſius, Epicus Poëta, & Grammaticus, Philetæ auditor, qui floruit ſub Ptolemæo I, & primus dicitur a Suidâ correxiſſe Homerum; ſed alter Ariſtarcho poſterior, Alexandrinus, qui teſte Suidâ, ſcripſit πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ Ποιητοῦ. Claruit autem Ariſtarchus ille Samius, Grammaticorum celeberrimus, ſub Ptolemæo VI, cui cognomen Philometori. Utrumque hunc Grammaticum ſimul etiam laudat Auſonius in Ludo ſeptem Sapientum:

Maonio qualem cultum quæſivit Homero
Cenſor Ariſtarchus, normaque Zenodoti.

Polit.

Ζηνόδοτος) In libello de claris Grammaticis:

En cur Zenodoti, jecur Cratetis.

Salvin.

mata, ſeu Fabulæ, ἀπὸ τῶ μιμεῖλθαι ἐν θεάτροις δρᾶσθαι, *ab agendâ in theatris fabulâ per hiſtriones*. Sin & Homericum ipſum carmen poſteri, fabularum more, perſonati repræſentarunt, cæruleis veſtibus Odyſſeam, purpureis Iliadem, illud quidem, ut docent veteres, propter varios Ulyſſis in mari errores, hoc verò propter cædes perpetratas apud Trojam, ſanguinemque inde effuſum: attamen id caſu quodam factum eſt, novoque ex commento poſterorum. Nam, etſi Poëta ad exemplum dramatis ſcripſerit; drama tamen, ſeu fabulam, non ſcripſit, ut ſerviret ſcenæ. Nec proinde dramata ſunt ſegmenta illius poëmatis. Neque verò Grammata tantùm hi libri appellantur; verùm etiam Rhapſœdiæ, quaſi conſutæ cantiones, propterea quòd cantio, compoſitis artificiosè verſibus, veluti conſuatur. Atque in iſtum ſenſum affertur dictum hoc Heſiodi, Heroico carmine:

Cum mecum in Delo cantu certaret Homerus,

Tum primùm fuimus vates nova carmina uterque.

Verumtamen aliqui ex veteribus, Callimachum ſecuti, cum dixit τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον, *verba contexta ad virgam*, dictam volunt Rhapſœdiam παρὰ τὴν ῥάβδον, *a virgâ*, quaſi ſit ῥαβδῳδία, *Rhabdœdia*, *ſive carminum ad virgam cantatio*. Virga hæc erat laurea, quam ii tenebant, qui iſtiuſmodi carmina cantitabant. Cauſſam, cur ita fieret, explicant Grammatici. Atque ita quidem

Τραγικοῖς. [2] Αὐλὰ γὰρ ἀπὸ τῶ μιμεῖλθαι ἐν θεάτροις δρᾶσθαι, Δράματα λέγον), ἡμεῖν Γράμματα. Εἰ δὲ καὶ τὴν Ὁμηρικὴν Ποίησιν οἱ ὕστερον ὑπεκρίνοντο δραματικώτερον, τὴν μὲν Ὀδύσσειαν, ἐν ἀλυσῖς ἐσθήμασι, τὴν δὲ Ἰλιάδα, ἐν ἐρυθροβαφέσιν, ἐκεῖνο μέν, καὶ ἐκ παλαιῶς, διὰ τὴν ἐν θαλάσσῃ πλάνην τῶ Ὀδυσσέως, τῦτο δὲ διὰ τὰς ἐν Τροίᾳ φόνως, καὶ γὰρ ἐντεῦθεν αἱμάσσει· ἀλλὰ τῦτο μέν, σύμβαμα, καὶ καμόντερον ἐπινόημα τῆ ἐσύστερον· ὁ δὲ Παπίας, ὡ καὶ δραματικῶς ἔγραψεν, ἀλλ' ὐκ ἐδραματίσθησε σκληκῶς. Διὸ καὶ δράματα τὰ τῆς ἐκείνη Ποιήσεως ἰμήματα. Οὐ μόνον δὲ Γράμματα τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ [3] Ῥαψῳδίαι καλῶν), διὰ τὸ καλὰ συνθήκην τεχνικὴν ῥάπτεσθαι οἷον τὴν ᾠδήν. Καὶ φέρε) ὡς τὴν τοιαύτην ἔννοιαν Ἡσιόδε ῥῆσις αὕτη ἐν μέτρῳ ἡρῴῳ.

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγώ, καὶ Ὅμηρος ἀοιδοί·
Μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις [4] ῥάπτοντες ἀοιδήν.

Ὅτι δὲ καὶ [5] παρὰ τὴν ῥάβδον ἡ ῥαψῳδία ἤρτηται, οἱοιεὶ ῥαβδῳδία τις ὖσα, [6] φασὶ καὶ τῦτο οἱ παλαιοὶ, ἀκολυθεῖλες Καλλιμάχῳ ὑπολ, τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον. [7] Δαφνίνη δὲ ἦν ἡ ῥάβδος, ἣν καλέχονλες, ἐστεφῦντο τὰς ἰαυτὰς ᾠδάς. Καὶ [8] τὴν αἰτίαν οἱ δὲ Γραμματικῆς ἐξηγηταὶ λέγουσι. Καὶ ὕτω μὲν τὰ

quæ-

B 2 Ὁμη-

1. Κάλλιστος) Quintus, vulgò Calaber: ſed verè Smirnæus, qui ſcripſit τὰ μετ' Ὅμηρον, ſeu Παραλειπόμενα, ideſt, *Res ab Homero prætermiſſas*. Politus.

2. Αὐτὰ γὰρ ἀπὸ τῶ μιμεῖλθαι ἐν θεάτροις ἐρέσθαι) Etymologus ex Grammatico Ariſtophane: λέγει δὲ δράματα καὶ τὰ ὑπὸ τῶν θεατρικῶν μιμεῖλθῶν γινόμενα, ὡς ἐν ὑποκρίσει. Et ſic etiam apud Suidam. *Polit.*

3. Ῥαψῳδίαι καλῶν), διὰ τὸ κατὰ συνθήκην τεχνικὴν ῥάπτεσθαι εἶναι τὰς ᾠδάς) Auctor Philochorus, qui dictos voluit Rhapſœdos ἀπὸ τῆ συντιθέναι, καὶ ῥάπτειν τὰς ᾠδάς. Polit.

4. ῥάπτοντες ἀοιδήν) Cantiunculæ, ſive Rhapſœdiæ illius hoc initium:

Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσοκόμην, ὃν τίκτε Λητώ.

Primum autem Heſiodum ῥαψῳδῆσαι tradit Nicocles: Quorum omnium fides eſto penes auctores. *Polit.*

5. παρὰ τὴν ῥάβδον ἡ ῥαψῳδία) Ad quod etymon reſpicere videtur Suidas, cum de Rhapſœdis ait, eos ſic vocatos, ἀπὸ ῥάβδου ἔχοντες ἀπήγγελον. Ubi, quum antea pro ῥάβδου, perperam legeretur ῥαβδίχου, ſuſpicabar ſcribendum, ῥάβδος χαρὶ ἔχοντες. Politus.

6. φασὶ καὶ τῦτο οἱ παλαιοὶ, ἀκολυθοῦντες Καλλιμάχῳ) Grammatici quidam apud Pindari Scholiaſtam. *Polit.*

7. Δαφνίνη δὲ ἦν ἡ ῥάβδος) Vocabatur αἴσπος, ramus nempe lauri. Sic Heſiodum ad laurinam virgam cantaſſe colligit ex ejus verſibus Pauſanias in Bœoticis cap. 30. Verſus Heſiodi hi ſunt in Theogoniâ:

Καί μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθαλέος ὄζον
Δρεψάμενος θηητὸν, ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
Θέσπιν . . . . . .

Sed Theogoniam Bœotii ab Heſiodo abjudicabant. *Polit.*

8. τὴν αἰτίαν οἱ δὲ Γραμματικῆς ἐξηγηταὶ λέγουσι) quæ eadem ipſa eſt cauſſa, cur Heſiodus donatum ſe ſcribat a Muſis ramo lauri-

δὲ, ἢ ἀωλεὺς, ὡς ἱρῆ), τὸ συνιέναι, [9] ἢ τὸ, καλὰ ἁρμὸν ἶινα, ῥαφῇ ὁμοίως, ὡς ἓν ἄξιον τὰ διεῤῥωτα. Σκοράδην γάρ, φασι, κιμένης, ἢ καλὰ μέρος διηρημένης τῆς Ὁμηρικῆς Ποιήσεως, οἱ ἀδοιδες αὐτὼ, συνέῤῥαπτον, οἷον, λὰ ὡς ἓν ὕφος ἀδόμενα. [10] ἢ ἢ ἄλλως, διότι, καλὰ μέρος, φασὶ, τῆς Ραψῳδίας διαδεδομένης, τὼ σύμπασαν Ποίησιν ἑτοιμοίλες οἱ ἀδοιδες, ἢ λὰ ἐξ ἑκάλερας Ὁμηρικῆς βίβλου συῤῥάπτοντες, ὡς ἐβέλοντο, ῥαψῳδοὶ ἐνόμευθεν προσηγορεύθησαν. Τῆς δὲ τοιαύτης ῥάψεως, παράδειγμα σαφὲς, ἢ [11] οἱ κέντρωνες, τυλέγι τὰ λεγόμενα Ὁμηρόκεντρα. Κέντρωνές τε γὸ κυρίως λέγονῦ), τὰ ἐκ διαφόρων χρωῶν συνεῤῥαμμένα ὡς ἓν, οἷς ὡμοίωνται πως λὰ Ὁμηρόκεντρα· ἢ ῥαψῳδία δὲ, ἢ ἐξ ἑκάλερων Ὁμηρικῶν Ραπίσεων συῤῥαφῆσα ᾠδὴ, ἀναλόγως τῷ ὑποκιμένῳ πράγματι, γάμῳ τυχὸν, ἢ ἑορτῇ. Τὰ δὲ ἀσαγγέλλειν τὼ Ὁμήρε Ποίησιν σκεδαδῆσαν, [12] ἀρχὴν ἐτοιμόλο Κύναθος ὁ Χῖος. [13] Ἐλομήναντο δὲ, φασιν, αὐτῆ τοὰμφοτέρα οἱ ῥᾳδὶ τὸν Κύναθον, καὶ πολλὰ ἴδῃ ἑτῶν αὐτοὶ ποιήσαντες, παρενέβαλον. Διὸ ἢ διωρθώθησαν ὑπ' Ὁμηρικαῖ βίβλοι, ὡς τελειόρω ἱρῆ)· Τοῦτο δὲ

carminum cantores. Ῥάπτειν autem, ideſt, *ſuere*, *conſuere*, *ſarcinare*, vel eſt generatim componere, & concinnare, ut notatum eſt, vel nexu quodam, perinde atque futurâ, res inter ſe diſſitas conjungere. Quum enim ſparſum eſſet, ut narrant, ac membratim diſcerptum, Homericum carmen, qui ipſum decantabant, conſuebant, juxta illud, τὰ ὡς ἓν ἔπος ἀδόμενα, *res uno textu cantatas*. Vel, ſi alia placet explicatio, propterea quòd, diſtributo in partes carmine, ii, quorum munus erat canere, carmen univerſum percurrerent, & ex utroque libro Homeri, loca, ut volebant, conſuerent, Rhapſœdi ſunt inde appellati. Hujus generis futuræ exemplum luculentum, centones, hoc eſt, Homerocentra, ſive Homerici, qui dicuntur, centones. Nam & centones propriè vocantur panniculi diverſorum colorum, ſimul conſuti, quibus quodammodo ſimiles centones Homerici: & Rhapſœdia, cantio eſt ex utroque Homeri carmine conſuta, accommodatè ad rem propoſitam, exempli cauſsâ, ad nuptias, vel feſtos dies. Porro diſperſi Homerici carminis memoriter recitandi initium fecit Cynæthus Chius. De hoc Cynætho ferunt, eum permulta in Homero loca corrupiſſe, multoſque à ſe confectos verſiculos immiſcuiſſe. Qua de cauſsâ, ut ante monuimus, ſuſcepta eſt Homericorum librorum emen-

laurino. nempe, ut exponit vetus Heſiodi Scholiaſta, aut quia τυλίσσουσι Helicon, aut quatenus laurus magnam vim habere creditа eſt, & efficaciam πρὸς τὰς ἐνθουσιασμὸς, aut denique, quia, quemadmodum laurus eſt ἀειθαλὴς, ſic καὶ βάκιοι καὶ οἱ λόγοι. Politus.

Horat. *magnaque pars mei Vitabit Libitinam*. Et: *uſque ego virtutâ Græcam laude recens*. Lucr. *ſemper florentis Homeri*. ἀνθαλὲς. Salvin.

1. ῥαψῳδίαι λέγονται, μέρηταί τινες ὕπαι περιέχουσαι) Unde Heſychio ῥαψῳδία etiam μέρος ποιήματος. Polit.

2. Ποίησις μέγεθος, ἢ ὅλη βίβλος· ποίημα δὲ, τόδε τὸ γράμμα) Similis quoque differentia inter Poëma, & Poëſin, aguita a Nonio Marcello cap. 5. *Polit.*

3. ῥαψῳδὸς τὸν αὐτὸν ᾠδοποιὸς) eoſdemque etiam Ὁμηρίδας, teſte Athenæo lib. 14. c. 3. *Polit.*

4. Ἔστι δὲ καὶ ῥαβδῳδὸς) At non ῥαβδοῦχος, ut putabat Jul. Cæſ. Scaliger, & videbar mihi aliquando deprehendiſſe ex corrupto loc. Suidæ. Non enim canebant, qui apud Græcos dicebantur ῥαβδοῦχοι, ſed eorum munus erat, curare, nequid rixarum in theatris excitaretur, ſive ut certamina bene procederent. Hinc ipſi judices, & arbitri certaminum, ῥαβδοῦχοι. Politus.

5. διὰ δὲ τὸν αὐτὸν καὶ στιχῳδὸς) Quod proditum a Menæchmo. *Politus.*

6. Ἀλλὰ καὶ ἀγυιὰς) Ex Dionyſio Argeo apud Scholiaſtam Pindari. *Polit.*

ἀγυιὰς) Sic τεχνῖται, ab hirci præmio. Hor. in Arte. *Salvin.*

7. ἐκεῖνοι ἐκεῖνοι αὐτοὺς, αὐτὰς λέγει) Sic quidem Homeridas vocat Pindarus Nem. Od. 2. Homeridas autem intelligit, ut volunt, Rhapſœdos. Etſi enim jam inde a principio poſteri tantùm, & nepotes Homeri dicebantur Homeridæ; poſtea tamen appellatio hæc tranſiit ad omnes Rhapſœdos, qui Homeri carmina publicis conventibus recitabant, ἐκεῖνοι τὸ γένος ὄντες Ὁμήρου ἀνάγοντες. Unde Ὁμηρίδαι (ſic enim lego apud Heſychium pro Ὁμηρίδαι) καὶ ῥαψῳδίαι. Politus.

8. Πάντων δὲ, ὦ ἀκλὲς, ὡς ἄριστ), τὸ συνιέναι) ut placet Heſychio, & Suidæ. *Polit.*

9. ἢ τὸ, κατὰ ἁρμὸν τινα, ῥαφῇ ὁμοίως, ὡς ἓν ἄξιον τὰ διεῤῥωτα) Ex antiquis Scholiis in Pindarum. *Polit.*

10. ἢ καὶ ἄλλως) Et hæc alia explicatio veterum Grammaticorum in Pindarum. *Polit.*

11. οἱ κέντρωνες, τυλέγι τὰ λεγόμενα Ὁμηρόκεντρα) Sic etiam Ὁμηρόκεντρα Suidæ. *Homerocentrones* S. Hieronymo ep. 103. ad Paullinum, ut & *Virgiliocentones*. Exant etiam nunc Homerocentones, quos nonnulli Euloxiæ Auguſtæ attribuunt: & Virgiliocentones, a Probâ Falconiâ conſuti, itemque ab Auſonio. *Polit.*

12. ἀρχὴν ἐτοιμόλο Κύναθος ὁ Χῖος) Cynæthus, patriâ Chius, primus Syracuſis Homeri Carmina ἐῤῥαψώδησε, Olympiade LXIX. Auctor hic perhibetur Hymni in Apollinem, qui Hymnus Homero eſt aſſcriptus. *Polit.*

13. Ἐλομήναντο δὲ, φασὶ) Ex antiquo Scholiaſtâ Pindari. *Polit.*

mis, videlicet ex decimo anno, conficit; neque ex eo toto, ſed ex aliquâ ejus parte, hoc eſt, ex irâ Achillis, quæ eo ipſo anno accidit. Idque ſummo artificio facit Poëta, ſimul ut ſplendido, & nec opinato tractandi genere, admirationem excitet ſui (quòd enim quis, plano naturæ ordine, initium a capite ducat, nihil id habet novi, atque ut plurimùm auditor ita fieri debere exiſtimat) ſimul ut ingenioſiùs, hoc eſt, concinniùs, opus ſuum apparet, ac diſponat. Neque enim aliter habebat dignam, quæ referretur, materiam ſcribendi: propterea quòd novem ſpatio annorum, qui præceſſerunt, remiſsè pugnatum fuerat, quum bellum ſummâ cum poteſtate vir fortiſſimus, Achilles, adminiſtraret, Trojanoſque præ metu urbe ferè incluſos teneret. Cum verò invaſit in eum ira, exarſit auctumque vehementer eſt bellum, quòd animos Trojani in ſpem bonam erexiſſent. Atque artificioſam hic ſcribendi copiam nactus eſt Poëta: quem etiam poſteriores imitati ſunt tum Tragici, tum Comici Poëtæ, quum & ipſi ad illius quadamtenus exemplum Poëmata ſua digeſſerint. Eumdem Homerus ordinem ſecutus eſt in Odyſ-

Τρωϊκὸν πόλεμον, Ὅμηρος τὴν Ἰλιάδα ἐκ τῶν τελευταίων, ἤγουν ἐκ τῆ δεκάτε ἔτους, ἐποίησεν, οὐδὲ ἐξ αὐτῆ ὅλου, ἀλλ' ἐκ μέρους τινὸς, τουτέςι τῆς ἐν αὐτῷ συμπεσούσης μήνιδος τῆ Ἀχιλλέως. Ἐμεθώδευτε δὲ ὁ Ποιητὴς τῦτο, ἅμα μὲν διὰ τὸ καιροφορεώτερες, καὶ τῷ ἀνελπίςῳ ξενίζον (ἡδὺ γὰ κατὰ φύσιν ἀπὸ τῶν πρώτων ἄρξασθαι, οὔτε καινόν τι ἔχη, καὶ ὁ ἀκροατὴς δὲ, ὡσεπερπολὺ οὕτως ἐλπίζη γενέσθαι) ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ δηνότερον, τουτέςιν οἰκονομικώτερον. [6] Οὐδὲ γὰ ἦχεν ἄλλως ἀξιόλογον ὕλην γραφῆς, διότι τὰ μὲν προπεπράμενα ἐννέα ἔτη, ἀπραγμόνως ἦχον τῆς μάχης, πολεμαρχοῦντος τῦ ἀνδρειοτάτε Ἀχιλλέως, καὶ τὰς Τρῶας ὡσπερπολλὰ τὴ πόλη διὰ δέος ἐγκαταπλήντος. Ὅτε δὲ αὐτὸς ἐμήνισε, συνετάθη ὁ πόλεμος, ἀναθαῤῥησάντων τῶν Τρώων. Καὶ τεχνικὴν εὐπορίαν ἐνταῦθα εὗρε τῆ γραφῆς ὁ Ποιητής· ὃν καὶ οἱ μετ' αὐτὸν μιμησάμενοι Τραγικοί τε, καὶ Κωμικοὶ, καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ αὐτοὶ μελεχειρίζοντο τὰ οἰκεῖα ποιήματα. [7] Ἡ αὐτὴ δὲ τῷ Ὁμήρῳ μέθοδος καὶ ἐν

Ὀδυσ-

1. ἕτερα Ὁμηρικὰ διορθώσεις) ut διόρθωσις illa Cratetis Mallotæ, qui ob ſtudium rei Grammaticæ, & Poëticæ appellatus eſt Homericus, & Criticus, tempore Ptolemæi Philometoris. Auctor Suidas. *Politus.*

2. ἡ ἰςορημένη ἀπὸ τόρθμης) Antiquiſſima hæc, & celebertima emendatio Homeri, quæ dicta eſt ἐκ τῦ Νάρθηκος; auctore Alexandro Magno. Eum ſcribit Strabo lib. 13. p. 594. in emendando Homero operâ uſum Calliſthenis, & Anaxarchi, atque ita correctum Homericum codicem repoſuiſſe in narthecio, quod ſumptuoſo admodum opere elaboratum in gazâ Perſicâ reperterat. Plinius Nat. Hiſt. lib 7. c. 29. *Alexander Magnus (etenim inſignibus judiciis æſtimè, citraque invidiam tam ſuperba cenſura peragetur) inter ſpolia Darii Perſarum regis monumentorum ſcrinio capto, quod erat auro, gemmiſque, ac margaritis pretioſum, variosque ejus uſus amicis demonſtrantibus, quando tædebat unguenti bellatorem, & militiâ ſordidum: immo hercule, inquit, librorum Homeri cuſtodia detur: ut pretioſiſſimum humani animi opus quàm maximè divite opere ſervaretur.* Verumtamen non univerſum Homeri opus, ſed Iliadem eo ſcrinio, ſeu narthecio, aſſervatam fuiſſe, eamque correctam ab Ariſtotele, tradit Plutarchus in Alexandro. *Polit.*

3. καὶ Μασσαλιωτικὰ δέ τις) Nec mirum, ipſos quoque Maſſilienſes egregiam navaſſe operam Homero. Compertum eſt enim, eos tum ceteris liberalibus ſtudiis, tum Græcis olim litteris, claruiſſe, ut teſtatur Geographus lib. 4. Sed & Gallos, *in reliquis ferè rebus, publicis privatiſque rationibus, Græcis litteris uſos*, ſcribit Cæſar lib. 6. *Polit.*

4. ἕτερα ἑαυτῆ Γεγράφασι ἐπιγράμματα) Sicut enim Homeri olim carmina in certas partes diſtributa erant, quæ a Rhapſœdis canebantur; ita & eas partes variis diſtinctiſque nominibus vocabant. Exempli cauſsâ, Τὰ ἐπὶ ναυσὶ μάχην, Δολωνίαν, Ἀριςέως Διομήδης, Νεῶν κατάλογον, Πατρόκλειαν, Λύτρα, Ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα, ὁπλοποιΐαν. Vide Ælianum lib. 13. cap. 14. apud quem tamen pro Ἀριςέως Διομήδης, legas Ἀριςέως Ἀγαμέμνονος. Politus.

Λύτρα, hoc eſt, pretium redemptionis. Antiquus Poëta Latinus fabulam quamdam ſuam inſcripſit: *Hectoris Lutra.* Hinc nomen Priami, quaſi emptoris, qui cadaver Hectoris filii ſui ab Achille redemit. *Salvin.*

5. τὸ γὰρ κατὰ φύσιν αὐτὸ τῶν πρώτων ἄρξασθαι, ὅτε καινόν τι ἔχη) οὕτω γάρ, ait vulgatus Didymus, ἀρτὸ ποιήσης· τὸ αὐτὸ τῶν μέσων ἄρξασθαι, πρεπέστα δὲ τῇ τῶν ἀρχῶν διηγήσει κατὰ μέρος. Hinc Flaccus in Arte Poëticâ de Homero:

Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.
Semper ad eventum feſtinat, & in medias res,
Non ſecus ac notas, auditorem rapit.

Polit.

6. οὐδὲ γὰρ ἦχεν ἄλως ἀξιόλογον ὕλην γραφῆς) quæ altera cauſſa notata etiam eſt a Didymo, itemque a Plutarcho in Vitâ Homeri. Sed & tertia addi poteſt cauſſa, eaque longè diverſa, ac forſan verior, ex Ariſtotele in Poeticâ, cap. 23. quòd ſcilicet Homerus hoc bellum, licet principio conſtans & fine, non totum tamen, ob nimiam ejus magnitudinem & varietatem, verſibus deſcribere ſit aggreſſus: ſed unam tantùm ejus partem ſuſceperit, quam variis multiſque epiſodiis diſtingueret, atque ornaret. *Polit.*

7. Ἡ αὐτὴ δὲ τῷ Ὁμήρῳ μέθοδος καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ διαφυλάττ) Nam & in Odyſſeâ *Ulyſſis errorem non incipit a Trojanæ victoris deſcribere; ſed facit eum primo navigantem de inſulâ Calypſûs,*

Ox

λέως. Ὁ δὲ Ποιητὴς τὰ φθάσαντα παραδραμών, ἐκ ταύτης ἤρξατο καὶ δῆλθε μὲν καὶ αὐτῶν, καὶ τὰ κατ' αὐτήν· [3] οὐκ ἀφῆκε δὲ ὅμως οὐδὲ τὰ πρὸ ταύτης· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνα, καὶ ἄλλα μυρία τῶν παλαιοτέρων παρεισέθετο, ἐπαινήρας ὧδε καὶ ἐκεῖ, ὅσα παρῆκαι, ὡς αὐτὸς εἰδὼς καλὸν ἦναι. Καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ πολλὰ καὶ τῶν ἐφεξῆς τῆς μήνιδος τῇ Ἰλιάδι ἐπελευσικώτερον παρεισέβαλεν. οἷον, τὸν τοῦ Ἀχιλλέως θάνατον, πλὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, ὅτι ὁ Αἰνείας ἄρξει ποτὲ τῶν Τρώων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Ὥστε εἴ τις εἴποι, τὸν Ὅμηρον μὴ αὐτὸ τοῦτο ἐκ τῶν τελευταίων ἄρξασθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τῆς τῶν ἔργων ἀκμῆς, παρησκικλῆσθαι δὲ καὶ τὰ τοῦ φθάσαντος χρόνου δεξιώτατα, καὶ τὰ τοῦ μέλλοντος, ὑγιῶς ἂν εἴποι, ἥς τε πλὴν Ἰλιάδα, καὶ ἧς πλὴν Ὀδύσσειαν ἀποδῶν, ἐν ἀμφοτέραις τῇ αὐτῇ μεθόδῳ ἐχρήσατο. Τοῦτο δὲ καὶ ἄλλοι μὲν, ὡς εἴρηται, τῶν παλαιῶν, ἀποσκάμενοι Ὁμήρου, ἐμιμήσαντο, μάλιστα δὲ Εὐριπίδης, ὃς καὶ αὐτὸς φανερῶς ἐκ τοῦ μέσου τῶν δραματικῶν ἀρχόμενος ὑποθέσεων, εἶτα καὶ τὰ φθάσαντα παρεισάγει, καὶ τὰ μέλλοντα δὲ ὕστερον εὐφυέστατα παρεισύρει τῷ λόγῳ, στοχαστικῶς ἐκεῖνα [4] ἐκ τοῦ ἤθους, ἢ καὶ μαντικῶς, σχηματίζων, ὅπερ καὶ [5] ἐν ταῖς ἠθοποιίαις γίγνεται· εἶτα μηδενὸς μέρους τῆς προκειμένης ἱστορίας, ἢ ἀπλῶς ὑποθέσεως, ἀπήκοος ἦν ὁ θεατής τε, καὶ ἀκροατής. Ὅτι δὲ οἶδεν ὁ Ποιητὴς καὶ πλὴν κατὰ φύσιν ἀφήγησιν, ἤτοι πλὴν ἀπὸ τῶν πρώτων ἀρχομένῳ, διὰ σαφήνειαν, καὶ προ-

temptui habitæ: indignatioque Phœbi, & peſtis, & ira Achillis. Verùm Poëta, prioribus rebus præteritis, auſpicium Carminis ſui ab hac irâ facit; atque ita facit, ut, licet eam, quæque eam comitantur, exponat; non illa tamen omittat, quæ iram hanc antecedunt; ſed & illa, & ſexcenta alia rerum olim geſtarum adjiciat, quæ huic, & illi loco, datâ occaſione, inſerat, prout ipſe commodum eſſe intelligit. Neque hæc ſolùm, ſed multa etiam, quæ iram ipſam ſunt deinceps conſecuta, in Iliadem obiter conjicit, ut mortem Achillis, expugnationem Trojæ, futurum aliquando Æneæ in Trojanos imperium, aliaque hujuſcemodi. Quare ſiquis de Homero affirmaverit, eum id ipſum Operis non ab extremis, ſed a ſummo potiùs rerum incremento, & veluti vigore, exorſum eſſe, atque inſuper præteritorum, ſequentiumque temporum facta in illud paſſim aptiſſimè, tamquam in orbem quemdam, incluſiſſe, rectè utique affirmaverit, ſive ad Iliadem tandem reſpiciat, ſive ad Odyſſeam, quarum in utrâque Homerus eodem artificio uſus eſt. Id verò cum alii veterum ſunt, ut diximus, æmulati, quibus Homerus fuerit adjumento; tum maximè Euripides, qui & ipſe, quum initium apertè ducat a medio argumento Tragœdiarum ſuarum, deinde etiam, quæ præterita ſunt, inſinuat, & quæ futura, carmini ingenioſiſſimè adnectit. Quæ quidem futura per conjecturam ex veriſimili ratione, aut etiam divinando, effingit, ut fit, quando per ethopœiam alieni mores exprimuntur: adeò ut nulla ſit pars propoſitæ narrationis, ſive generatim argumenti, quam ſive ſpectator, ſive auditor ignoret. Ceterùm illud etiam Poëtæ in uſu fuiſſe, ut naturalem narrationis ordinem ſervaret, eum videlicet, qui, ad perſpicuitatem

fa-

& ex perſonâ ſuâ perducit ad Phæacas. Illic in convivio Alcinoi regis narrat ipſe, quemadmodum de Trojâ ad Calypſonem uſque pervenerit. Poſt Phæacas, rurſus Ulyſſis navigationem uſque ad Ithacæ ex perſonâ propriâ Poëta deſcribit. Quem ſecutus Maro, Æneam de Siciliâ pedentem ad Libyam. Illic in convivio Didonis narrat ipſe Æneas uſque ad Siciliam de Trojâ navigationem ſuam. Verba ſunt Macrobii Saturnal. lib. 5. c. 2. *Politus.*

1. μετὰ τὸν τῆς Πηλείδου χρόνον ἐπὶ τοῖς θεοῖς) Cujus tamen judicii ne uno quidem in loco meminiſſe Homerum cenſet Plutarchus in Homeri Vitâ: ideoque induci vult duos illos verſiculos lib. ω Il.

Ὣς φάτο· τοὶ δ' ἄρα πάντες ὀτὸν μέγαν ἴαχον αὐδῆς,
Τὸν δ' ἵππ', ἐ δὶ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν.
Politus.

2. ὑποκαθηγητῆ) Disjunge voces perperam conjunctas in exemplari Romano, ὑπὸ καθηγητῆ. Politus.

3. ἀπ' ἀρχῆς δὲ ὅμως οὐδὲ τὰ πρὸ ταύτης) *Ille enim,* (de Homero Macrobius) *vitans in Poëmate Hiſtoricorum ſimilitudinem, quibus lex eſt incipere ab initio rerum, & continuam narrationem ad finem uſque perducere; ipſe poëticâ diſciplinâ a rerum medio cœpit, & ad initium poſt reverſus eſt.* Polit.

4. ἐκ τοῦ ἀκότου) Lege, ἐκ τοῦ ἀκότος. Polit.

5. ἐν ταῖς ἠθοποιίαις) Julius Rufinianus: *Ethopœia eſt alienarum affectuum qualiumlibet, dictorumque imitatio, non ſine reprehenſione. Latinè dicitur Figuratio, vel Expreſſio.* Aphthonius in Progymnaſmat. Ἠθοποιία ἐστὶ μίμησις ἤθους ὑποκειμένου προσώπου. διαιροῦσι δὲ αὐτὴν οἱ τρεῖς, εἰδωλοποιίαν, προσωποποιίαν, ἠθοποιίαν. Polit.

verat; ipſe quidem in poſterum veluti tacet, cohibetque ac ſiſtit ſermonem ſuum, aut ad illa verba: Ἀτρεΐδης ἄναξ ἀνδρῶν, *Atrida rex virorum*; ut volunt nonnulli; aut maximè ad hunc verſum: Τίς δὴ αὖτε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; *Quis porrò eos Deus commiſit, ut contendendo certarent?* Ab eo verò loco ſermonem excipit Muſa, totumque carmen ad finem uſque perducit: ita tamen, ut per certa quædam intervalla eam rurſus alicubi Poëta interroget, aut etiam aliter de rei alicujus explicatione interpellet; ipſaque iterum loquatur, ut videbitur. Ceterùm, quod ſcire oportet, quemadmodum Ilias, ſic etiam Odyſſea initium habet a propoſitione, ut iis manifeſtum eſt, qui Odyſſeam ipſam perſequuntur.

III. Μῆνις, ut veteres definiunt, eſt ira permanens, ac diuturna, a verbo μένω, *i. e. manere*, non verò a μαίνεσθαι, *i. e. furere, ſive inſanire*. Ex hoc enim fit ἡ μανία, *furor, ſive inſania*, quæ non jam eſt μῆνις, ſive ira ſtabilis, ac pertinax, neque aliud quodpiam genus iræ; ſed mentis motio, & abalienatio. Nonnulli tamen μῆνιν, *meminem gravemque iram*, dictam volunt παρὰ τὸ μὴ ἴν,

a pri-

τα, οἱονεὶ τὴν μέσαν εὐρὼν ὑπακούουσαν εἰς ἀφήγησιν τῆς ζητηθέντος, αὐτὸς μὲν τῆς λοιπῆς δῆθεν σιωπᾷ, σῴσας τὸν ἑαυτῆς λόγον, ἢ εἰς τὸ, Ἀτρέΐδης ἄναξ ἀνδρῶν, ὥς τινες ἤκουσαν, ἢ μᾶλιστα εἰς τὸ, Τίς δὴ αὖτε θεὸς ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; Τὸ δὲ ἐντεῦθεν, ἡ Μοῦσα διαδεξαμένη τὸν λόγον, παραίτηται τὸν ὅλον Ποίησιν, ἐρωτωμένη που πάλιν κατά τινα μέσα διαστήματα, ἢ καὶ ἄλλως ἀφήγησιν ζητουμένη ὑπὸ τῆς Ποιητῆς, καὶ αὖθις λαλοῦσα, ὡς φανήσεται. Ἰστέον δὲ, ὅτι, ὥσπερ ἡ Ἰλιὰς ἀπὸ προκειμένης ἀρχείας, οὕτω καὶ ἡ Ὀδύσσεια, ὡς δῆλόν ἐστι τοῖς μετιοῦσιν αὐτήν.

γ. Ὅτι μῆνις, κατὰ τοὺς παλαιούς, ἡ ἐπιμένουσα ὀργή, ἐκ τοῦ μένειν, ἃ μὲν ἐκ τοῦ μαίνεσθαι. Ἀπὸ τούτου γὰρ ἡ μανία γίγνεται, ὅταν ἔτι μῆνις αὐτὴ, ἡδὲ ἄλλό τι εἶδος ὀργῆς, ἀλλὰ φρενῶν ἔκστασις. Τινὲς δὲ μῆνιν φασὶ παρὰ τὸ μὴ εὖ. Στερεῖ γὰρ τῆς εὐστοχίας, διίστωσι τοὺς ἐρίζοντας.

1. τὸ ἐριστικὸν, καὶ συμπικὸν) Vide Hermogenem De Formis Orationis lib. 1. *Politus*.

2. ἡ περιπάθειος, περιδιάτασις ἰσχυρὰ καὶ ἀνάγκη) Hermogenes De Methodo Acrimoniæ, ſeu Vehementiæ in dicendo: τὸ ἐν ᾧ τι λέγων ἐπὶ ἰσχυρὸν, περὶ οὗ τοὺς μέλλοντας κατανεύσειν, ἢ διδάσκων, οἱ Τεχνικοὶ καλοῦσι προθέσεις. Latini vocant *Propoſitionem*. Auctor ad Herennium lib. 2. *Propoſitio eſt, per quam oſtendimus ſummatim, quid ſit, quod probare volumus*. Polit.

3. ἡ ἐντεινομένη ὀργὴ) Suidas: Μῆνις, ὀργὴ ἐπίμονος. Polit.

4. ἃ μὲν ἐκ τοῦ μαίνεσθαι) Tullio forſan noſtro aliter videtur, qui ſic interrogat Tuſcul. Quæſt. lib. 4. *An eſt quidquam ſimilius inſaniæ, quàm ira! quam bene Ennius initium dixit inſaniæ. Color, vox, oculi, ſpiritus, impotentia dictorum, atque factorum, quam partem habent ſanitatis! Quid Achille Homerico fœdius! quid Agamemnone, in jurgio? nam Ajacem quidem ira ad furorem, mortemque perduxit*. Hinc Heſychio Μανία, ὀργὴ, θυμὸς, κότος. & Μαίνεται, ὀργίζεται. Sicuti etiam Suidæ Μάνιμα, ἡ μανία. Unde facilè, ni fallor, correxerim, quod legitur apud Heſychium: Μάνημα, μῆνις, ὀργὴ, χολὴ, κότος ἐπίμονος, μίμψις. Ἄνευον μάνης. οἱ γὰρ ὀργιζόμενοι μαίνονται. Nam pro μάνης, legendum puto μανία, ſeu, ſi mavis Jonicè, μανίη. ita ut Heſychius velit, μάνημα Appioni, ſeu Apioni, Grammatico ipſam dici μανίαν, cujus quidem explicationis ex ſtatim ratio ſubjicitur: αἱ γὰρ ὀργιζόμενοι μαίνονται. Eſt enim aliquando μανία furor ex immodicâ, atque effrenatâ irâ, juxta illud Senecæ: *Immodica ira gignit inſaniam*. Immo ἡ ὀργὴ, μανία ὀλιγοχρόνιος. Philemo Comicus:

Μανίαθ' ἅπαντες, ὅταν ὀργιζώμεθα. Politus.

εὖ μὲν ἐκ τοῦ μαίνεσθαι) Μῆνις poteſt etiam derivari ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι. Nam, ut ajunt, ira furor brevis: & de irâ inſaniâ videndus eſt Seneca in libris de Irâ, qui eam ſuis coloribus affabre depingit. *Salvin.*

5. οὐδέ ἄλλό τι εἶδος ὀργῆς, ἀλλὰ φρενῶν ἔκστασις) Atqui μανία non ſemper inſania eſt, quæ juncta eſt ſtultitiæ: ſed furor aliquando eſt, ut vidimus, efferatæ iræ. Unde etiam Heſychio ὀργίσαι, ὀργίδα. Tullius Tuſcul. Quæſt. lib. 3. *Nihil melius, quàm quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, cum exiſſe ex poteſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundiâ: quamquam ipſa iracundia, libidinis eſt pars. ſic enim definitur iracundia, ulciſcendi libido. Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis: cui regnum ſetius animi a naturâ tributum eſt. Graci autem μανίαν unde appellent, non facilè dixerim. eam tamen ipſam diſtinguimus nos melius, quàm illi. hanc enim inſaniam, quæ juncta ſtultitiæ, patet latius, a furore diſjungemus. Graci volunt illi quidem: ſed parùm valent verbo. quem nos furorem, μελαγχολίαν illi vocant. quaſi verò atrâ bili ſolùm mens, ac non ſæpe vel iracundiâ graviore, vel timore, vel dolore moveatur. quo genere Athamantem, Alcmæonem, Ajacem, Oreſtem furere dicimus. Qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant duodecim tabulæ. Itaque non eſt ſcriptum, ſi inſanus; ſed, ſi furioſus eſſe incipit.* Ex lib. 4. *Quid eſt, quò non progrediatur eodem ira, quæ furor? Itaque iratos propriè dicimus exiſſe de poteſtate, ideſt, de conſilio, de ratione, de mente*. Polit.

μαστὰς, ᾗ ἐστιν ἐπὶ ἐκ καταρχῆ τινι, ᾗ κλίνεται, ᾗ πάθος θυμικῶν ἀρχομένων ἐστὶν ὀνόματα. Ὁ δὲ πάθος, ἡ παραμένη, μῆνις λέγεται· ἐγκαθίσαν δὲ τῇ ψυχῇ ἐστὶ πλέον, [4] ὡς κότον ἀποκαθίζηται, ὃς ἔτω λίγελαι [5] ἀπὸ τῦ κεῖται ῥήματος. Καὶ ἡ μὲν κυριολεξία τῶν ῥηθέντων ὀνομάτων, ταυτὶ· παρὰ δὲ τῷ Παπτῇ ποτὲ ᾗ συγχέεσθαι, ὡς τήν τε μῆνιν, χόλον λέγεσθαι. οἷον· Μὴ ἐμὲ γῦν [6] τοιῦτος χόλος λάβοι. ὡς ἐν τῇ τῶ ῥαψῳδίᾳ. ᾗ ἀνάπαλιν. οἷον· Ἀτρεΐδης δ' ἐτέρωθεν ἐμήνιεν. ἀντὶ τῦ ἐχολῦτο. [7] διαφορᾶν δέ ποτε ᾗ τὸν χόλον, ᾗ τὸν κότον, ὡς δηλοῖ τὸ, Οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος. ἤγουν χολωμένε. ᾗ ἀπλῶς ἀντὶ ἀλλήλων κεῖσθαι, [8] ὡς ἅπερ ἅπαντα ἓν ἦσαν, Ἰσέον δὲ, [9] ὅτι τινὲς, ἢχ, ὡς ἤρηται, ταυτίζουσι θυμὸν, ᾗ

nis in corde est ὁ θυμὸς, *excandescentia*. At verò ὁ χόλος, *indignatio*, παρὰ τὴν χολὴν, *a bile*. Denique ἡ ὀργὴ, *ira*, ab ὀρέγω, *i. e. appeto*: quoniam excandescentia, sive ira, appetentia est, ac libido ulciscendi. Atque ira quidem χόλος, *indignatio*, & ὀργὴ, *ira*, & θυμὸς, *excandescentia*, eodem sensu variè appellantur; versanturque adhuc in inceptione quadam, atque in motu, & incipientis, sive nascentis iræ sunt nomina. Quæ certè ira, si permaneat, dicitur μῆνις, *ira gravis, ac pertinax*: at, si in animo diutiùs insederit, degenerat in κότον, quæ est ira inveterata, sive odium, & sic appellatur a verbo κεῖται, *i. e. jacet, sive situm, ac repositum est*. Quamquam verò sic propriè usurpantur ea, quæ diximus, nomina; confunduntur tamen aliquando apud Poëtam: adeò ut quæ est μῆνις, *ira gravis, ac permanens*, vocetur χόλος, *indignatio*. exempli caussâ: Μὴ ἐμὲ γῦν τοιῦτος χόλος λάβοι. *Non me igitur talis indignatio capiat*. ut in libro ῳ΄. & e contrario. exempli caussâ: Ἀτρεΐδης δ' ἑτέρωθεν ἐμήνιεν. *Atrides verò ex aliâ parte iram fovebat*. pro ἐχολῦτο, *indignabatur*. immo & aliquando ὁ χόλος, *indignatio*, atque ὁ κότος, *ira condita, ac repo-*

sita,

1. θυμὸς, χόλος, μῆνις, κότος) Distinxit item apud Latinos humiscendi animi nostri perturbationes Tullius Tusc. Quæst. libro 4. *ut ira, sit libido puniendi ejus, qui videatur læsisse injuriâ: excandescentia autem, sit ira nascens, & modò exiliens, quæ θύμωσις græcè dicitur: odium, ira inveterata: inimicitia, ira ulciscendi tempus observans: discordia, ira acerbior, intimo odio, & corde concepta*. Politus.

2. Ἡ δὲ ὀργὴ παρὰ τὸ ὀρέγω) Pace Eustathii, ὀρέγομαι videtur esse appeto. Nam ὀρέγω propriè est porrigo. *Salvinus*.

At enim solent Etymologi non ab usu, sed ab analogiâ, vocabula sumere, quibus vocum derivationem illustrent. Hinc & fingant sæpe vocabula, qualia ad derivationis gradum intelligendam fingi debent: tametsi eadem communis loquendi usus respuit. Etymologici Magni Auctor inter alia etyma hujus vocis: παρὰ τὸ ὀρέγω τὸ ἐπιδύω, ὀρεγὼ ᾗ συγκοπῇ, ὀργή. Politus.

3. θυμὸς) Ἀπὸ τῦ θυμὸς est fumus. ἀναθυμίασις, evaporatio: sicut excandescentia, inflammatio, exæstio. Nam ferrum ignitum, candens dicitur a colore flammæ exardescentis. Utrumque competit iræ exsurgenti: sicuti tumor. Ovidius in Fastis. *Intumuit* Juno. & Persius. *turgescit vitrea bilis*. Μῆνις, *ira pertinax*, ἀπὸ τῦ μίνω, *a manendo*. atque etiam μίνις ita dicta, ab eadem verbi notatione. Hom. Il. ἀ. μίνις δὲ μέγα φρένας ἀμφιμέλαινα Πήμηλωπε· ὅπῃ δέ κ' τοῦτ' ἐπιτείλεται ἕλκτιν. Ὀργὴ similiter est ἀπὸ τῦ ὀργόζω, *a tumendo*. *Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt*. Virg. Georg. idest, ὀργάζουσι. quod aliter dictum est ab antiquo Agriculturæ auctore, *exaltare*. Ad hanc vocem μίνις fortè allusit Virgilius, cum dicit: *manet altâ mente repositum Judicium Paridis, spretæque injuria formæ*. Salvin.

4. ὡς κότον) qualis κότος ille Junonis in Trojanos. Unde *Juno æternum servans sub pectore vulnus* Virgilio 1. Æneid. *Polit.*

Et ibidem: *memorem Junonis ob iram*. Hesiodus κότον, quasi synonymum facit τῷ φόβῳ. Ἔν ἔργοις. Καὶ πέμπτης πέμπειν κοτίη, ᾗ τίλλεσι τίλλεσι, Καὶ πτῶχος πτώχῳ φθονῇ, ᾗ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. Equidem, si ira est dolor ob acceptam injuriam; ita & invidia dolor est ob alterius felicitatem, cum quis *alterius*, ut Flaccus ait, *miseretsit rebus opimis*. Salvinus.

Non sunt tamen illa synonyma. Nam, ut rectè Tullius, *si quis doleat ejus rebus secundis, a quo ipse lædatur, non rectè dicitur invidere: ut si Hectori Agamemnon*. Polit.

5. ἀπὸ τῦ κεῖται) Absurdum primâ fronte videbitur anetymologis quibusdam, κότον derivare a verbo κεῖμαι. Sed, si paruper animum adverterint, non solùm verbalia, quæ a verbis disyllabis ἅπαντ habentibus in priore syllabâ τὸ epsilon, illud epsilon in omicron mutare perspicient, cujus rei sexcenta sunt exempla, ut in λέγω, λόγος· εἶπον, *copd.* τέμνω, τόμος. verùm etiam id constanter observari in disyllabis verbis, quæ habent in priori syllabâ τὸ ε. ut in τένω, *tendo*, τόνος. φθείρω, φθορὰ. Ita & a κεῖται, κότος: Salvin.

6. τοιῦτος χόλος λάβοι) Homerus: ὧτός γε λάβοι χόλος. v. 30. lib. ω΄ Il. *Polit.*

7. διάφορᾶν δέ ποτε ᾗ τὸν χόλον, ᾗ τὸν κότον) Sed & variat interdum lectio apud Poëtam in χόλος, & κότος, ut Iliad. α΄ v. 81.

Εἶπερ γάρ τε χόλον γε ᾗ αὐτόθεν κατένιψε,
Ἀλλά γε ᾗ μετόπισθεν ἔχω κότον.

Et lib. ζ΄ v. 355.

Οὔτι ἐγὼ Τρῶας τόσον χόλῳ, ὅσσι περ.

& Odyss. ε΄ v. 342.

Πανυπερθυμήνῃσι, ὃς τις χόλον ὧδε θυμῷ.

quibus in locis pro χόλος, & χόλῳ, legunt alii κότος, & κότῳ. Polit.

8. ὡς ἅπερ ἅπαντα ἓν ἦσαν) Hoc in universum accipito: Quæ passim dicuntur, & habentur synonyma, si rem penitus introspexeris, verè non sunt talia. Nam semper aliquid discriminis inter se possident. *Salvin.*

9. ὅτι τινὲς, ἢχ, ὡς ἤρηται, ταυτίζουσι) Ut Stoici, & cum ipsis Tullius. *Polit.*

ξιν, *Alexin*, ἴχιν, *viperam*, Θέτιν, *Thetin*. Sic ergo & μῆνιν, *iram*. Quocirca, inquit, τὴν κνημῖδα, *ocream*, & σφραγῖδα, *ſigillum*, Æoles corripiunt, cum, redactis ad pauciores ſyllabis, dicunt κναμῖν, & σφραγῖν.

IV. Τὸ ἀείδειν, *canere*, ex quo, tamquam ex primigenio verbo, & magis integro, fit τὸ ᾄδειν, propriè de carminibus, ob aptam concinnamque Poëſeos modulationem. Neque hac voce adhiberi hîc poteſt opportunior ulla, aut accommodatior, non τὸ φάσθαι, *fari*, neque τὸ μυθῆσθαι, *fabulari*, *aut narrare*, neque aliud verbum hujuſmodi, cujuſmodi etiam eſt τὸ λέγειν, *dicere*, *ſive oratoriè loqui*. quandoquidem & Ars Muſica perſpectam ſatis habet differentiam τοῦ ᾄδειν, *canendi*, & τοῦ λέγειν, *dicendi*: quum τὸ ᾄδειν, *canere*, modulationi attribuat, & τὸ λέγειν, *dicere*, ſermoni aſſignet immodulato. Quippe ᾄδεσθαι, *ideſt*, *cani*, dicimus carmina; ἀείδειν verò, *i. e. canere*, eſt dicere cum modulatione; & ᾠδὴ, *i. e. cantio*, *ſeu cantilena*, oratio eſt modulata, quæ elationem quoque habet, videlicet altitudinem, majeſtatem, magnificentiam: & quia ſupra modum oratio iſta ſeſe extollit, equis quodammodo invehi videtur. Quare, quæ modulationis expers eſt oratio, pedeſtris appellatur propter humilitatem, atque etiam quia veluti a faſtigio quodam, & curru, ad humum ſe demittit. Nam Pherecydes,

& λέγοντες, μετὰ ὀλιγότητος συλλαζῶν συ-έλλυσιν.

δ'. Ὅτι ὃ τὸ ᾀείδειν, ὃ πρωτότυπόν ἐσι, καὶ ἐντελέσερον τῦ ᾄδειν, κυρίως ἐπὶ ποιημάτων διὰ τὸ ἐμμελὲς τῆς Ποιήσεως. Καὶ ἁκ ἔσι, καιροτέραν τύτε λέξιν ἐνταῦθα ἰδεῖν, ἔτε τὸ φάσθαι, ἔτε τὸ μυθῆσθαι, ἔτε ἄλλό τι τοιῦτον, ὁποῖόν καὶ τὸ λέγειν· ὅπως γε καὶ ἡ ἁρμονικὴ σοφία, διαφορὰν οἶδε τῦ ᾄδειν, καὶ τῦ λέγειν, τὸ μὲν ᾄδειν ἀποτέμνσα τῇ ἐμμελείᾳ, τὸ δὲ λέγειν τῷ ἀμελῆ λόγῳ δίδῦσα. Ἀείδεσθαι γᾶν φαμὲν τὰ ποιήματα· ᾀείδειν δέ ἐσι, τὸ ἐμμελῶς λέγειν· καὶ ᾠδὴ, ὁ μεμελισμένος λόγος, ὃς καὶ ἐξάρματα ἔχει, ἄγων, ὕψος, ὄγκον, μέγεθος, καί πως διὰ τὸ ὑπερηρμένον, ὁ ἔποχος ὁ ἁῦτος λόγος ἵνα δοκῇ. Διόπερ ὁ μὴ τοιῦτος, πεζὸς λέγεται διὰ τὸ ταπεινόν, καὶ τὸ, ὡς ἀπὸ ὕψυς τινὸς, καὶ ὀχήματος, καταβλῶαι εἰς τὸ ἔδαφος. Οἱ γὰρ περὶ Φερεκύδην, καὶ Ἑκαταῖον, λύσαντες μὲν τὸ

Rom. p. 9.

C μέ-

1. ἐπτοιονυνὶ αἱ δύο αὗται διάλεκτοι) Johannes Grammaticus: ἡ Ἰὰς διάλεκτος ἐςὶ τῆ παλαιᾷ Ἀτθίδι ἡ αὐτή. Polit.

2. ἀπείρως Ἀθηναίων ἔχει τὰς Ἴωνας) Cicero pro Flacco: *quis ignorat, qui modò unquam mediocriter res iſtas ſcire cœpit, quin tria Græcorum genera ſint verè? quorum unū ſunt Athenienſes, quæ gens ſonum habebatur*. Polit.

3. Ἴωνα καλυμένων ποτὲ καὶ αὐτῶν) Herodotus lib. 8. n. 44. Ἴωνας δὲ τῦ Ξύθυ ςρατάρχου γενομένυ Ἀθηναίοισι, ἐκλεθῆναι ἀπὸ τύτυ Ἴωνας. Polit.

4. Δωριεῖς δὲ τὴν παρὰ Ἀττικοῖς μῆνιν, μῆνιν αὖτοι ἄν) Proprium enim eſt Doricæ dialecti, uti litterâ *a* pro *ε*. quod obſervat Johannes Grammaticus. *Polit.* & Dorici auctores docent. *Salvin.*

5. τὸ ᾄειδον) Verbum ſolemne, ac maximè proprium Poëtarum, ex quo etiam initium Minoris Iliadis:

Ἴλιον ᾄειδω, καὶ Δαρδανίην ἐϋπυλον.

Inde Virgilianum illud *cano*. Antiquitus autem, ut teſtatur Strabo, uſurpatum eſt τὸ ᾄειδειν ἀντὶ τῦ φράζειν, unde idem Strabo colligebat, fontem, & principium orationis artificioſæ, atque Rhetoricæ, fuiſſe Poëticam. *Politus.*

τὸ ᾄειδειν) In Iliade Vates maximus ad Muſam converſus, ejuſque opem implorans: ἄειδε, *cane*, inquit. In Odyſſeâ, ἔνιπε. Horat. *Die mihi, Muſa*, quia Iliadi cantus conveniebat, utpote ſublimi poëmati; & Odyſſeæ, tenuiori ſilo contextæ, conveniebat ſermo. *Salvinus.*

6. ἔποχος ὁ τοιῦτος λόγος οἷον ὄχημα) Virg. Georg. *Et jam tempus equum fumantia ſolvere colla*. Propert. *Æmonio jam dare tempus equo*. Salvin.

Sed tamen non eſt pura putaque Antiſtrophe: quia poſtrema illa vox in his duobus verſibus eamdem ſignificationem, & ſententiam non habet; ſed, quum ſupra ὁ θυμὸς iram ſignificaret, infra animum ſignificat. Eſt igitur communi nomine Antiſtrophe, quæ rarò apud antiquos ſcriptores reperiatur: niſi ſiquis forte, etiam ubi dicit, ἐρητύσαί τε θυμὸν, *cohibereque extandeſcentiam*, θυμὸν, animum ipſum intelligendum eſſe contendat. Velim autem, obſerves, ἕως, *dum*, *interea dum*, ſumi etiam interdum pro τέως, quod ſignificat *ad præſens*, ut palam facit id, quod legitur apud Herodotum: ἕως μὲν σιγὴν ἔχε. *ad præſens quidem ſilentium tenet*. Et ſic alicubi infra uſurpatur hæc vox apud Poëtam. Ceterùm hic verſus, Ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε. *Dum ille hæc volvebat*; laborat in ipſo principio, quum capite ſit acuminato, aut longo. Primum enim locum pes obtinet Amphibrachys, ἕως ὅ. Atqui Dactylico metro minimè aptus Amphibrachys, niſi curetur: quemadmodum & hoc loci, ſanando hujus verſus capiti remedium aliquod adinventum eſt. Nam & τὸ ἕως, ratione ſynizeſeos, perinde habetur, atque unâ longa ſyllaba: & τὸ ὅ, juxta quatuor modos communis ſyllabæ, ex humili brevis ſyllabæ conditione in longam erigitur. Nam & denſo ſpiritu afficitur, & accentum habet acutum, tametſi verborum contextus id ipſum gravet, & ad ulteriorem orationis partem tranſit, atque idcirco vim habere poteſt cæſuræ, & tandem ſubſequentem habet litteram τ'. Quemadmodum autem tum ſpiritus aſper, tum accentus acutus, tum vocis ulterior ad complendam orationem tranſitus, tum conſonantium tenuium conſecutio, adjumento eſſe poſſint vocali brevi, ut producatur; non eſt hujus loci dicere, nec cauſſam afferre. Ὁρμαίνειν porrò intelligit perpetuò Poëta, adhuc

in

1. αἰεὶ τὰς ἀρτὰς) Sic etiam Magni Etymologici Auctor. *Polit.*

Planius etymon verbi ἀρτύω deducetem ab ἀρόω. ideſt, ἁρμόζω ξύλα. vi *trabs*. quam ſignificationem verbi ἀρόω tradit Magni Etymologici Auctor. *Salvin.*

1. ἀντὶ τοῦ τέως λαμβάνεται) Ita τὸ accipitur pro ſicut, & pro ſic. Apud Latinos τὸ *dum* accipitur etiam pro *nunc*. ut paſſim apud Plautum *Adeſdum*, & ſimilia. *Salvin.*

3. ἔχει δὲ καὶ τὸ τ' ἐπαγόμενον) Quòd autem ἔστι apud Poëtas dicatur pro ἔστι, vis efficit ſubſequentis litteræ τ'. ut ὁ ταῦ-

ρος effertur fortè quaſi ὄτταυρος. Ceterùm ἕως ὁ amphibrachys, ideſt, pes ex utroque latere brevium ſyllabarum, medià longâ, ἰσοδυναμεῖ, ſive æquivalet, perinde ac ſpondeus. Sic apud Virgilium: *Fluviorum Rex Eridanus*. primus ob æqualem poteſtatem queat eſſe anapæſtus reſpondens dactylo; ſive antiquorum more, apud quos Fluvida eſt dactylus. ut in Lucretio (*Sed quòd amara vides eadem, qua fluvida conſtant*) duæ ſequentes ſyllabæ *io* poſſunt in unam ſyllabam per craſin miſceri, & *Fluvio* ſpondeus fieri. *Salvinus.*

conjunctionem δέ in diverſo ſenſu continenter ponat: quarum conjunctionum alteram, utracumque illa ſit, ſumi neceſſe eſt pro δή, *certè, profectò, utique*. quemadmodum etiam conjunctio μήν, ſumitur pro μάν, *ceterùm*. Itaque hìc ait: *Dum hæc Achilles ſecum verſabat*, ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῦ τὸ ξίφος, ἦλθε δ' Ἀθήνη, *educebatque de vaginâ enſem, venit certè Minerva*. Aut enim in ἕλκετο δέ, aut in ἦλθε δέ, accipiatur, neceſſe eſt, conjunctio δέ pro δή. Idque etiam in communi colloquio frequenter accidit. ut dum quis dicit: ἐμοῦ δὲ παραιθοῦντος, ὁ δὲ ἀντέβαινε. *Me autem admonente, ille certè renitebatur*. Quamquam etiam ſæpe aliter poſita ſit conjunctio δέ pro δή, ut ubi dicit: Μὴ δ' ἄτως, ἀγαθὸς περ ἐών, κλέπτε νόῳ. *Ne ſic profectò, quamvis ſis fortis, decipias mente*. Etſi enim eſt una, tamen accepta eſt pro δή.

CLI. Iræ impotens Achilles, temerarium periculoſumque facinus animo ſuo concipit, cum acutum gladium de latere adversùs regem educere meditatur. Sed lapſa de cœlo Minerva id prohibet. ideſt, quæ in eo eſt, ſolertia, ut ſtatim excogitet, ac videat, quid factu opus ſit. Cœlum hìc veteres caput intelligunt, ubi allegorica Minerva inſidens, Achillem de temerariâ illâ ſententiâ dimovet; atque ita ea delabitur, hoc eſt, ratione ad futurum tempus deſcendit, & præmonſtrat, non ſolùm nihil eum fortaſſis eſſe perfecturum; verùm etiam, propter magnam Regis potentiam, grave aliquod detrimentum eſſe eum accepturum. Itaque docet, non modò e re Agamemnonis eſſe, ut Achilles ejuſcemodi iram deponat; verùm etiam ipſius Achillis. Hoc enim ſignificatur verbis illis: *Ambos ſimul ex animo amanſque, curanſque*. Incertum namque eſt, an adversùs magnum illum latèque imperantem regem ſit quidquam peracturus, nec damnum ſit ipſe accepturus, qui Rex ſit multò minor, parvoque admodùm regno potiatur. Atque ut quidquam peragat, ne ſic quidem

φόροις ἐννοίαις ἐφεξῆς τιθέναι· ἔως ἂς, ὁπότερος τύχῃ, λαμβάνεται ἐξ ἀνάγκης αὐτὶ τοῦ δή. ὥσπερ καὶ ὁ μὲν σύνδεσμος, ἀντὶ τοῦ μήν. Φησὶ γοῦν ὧδε· Ἕως ταῦτα ὥρμαινεν Ἀχιλλεύς, ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῦ τὸ ξίφος, ἦλθε δ' Ἀθήνη. Ἡ μὲν ἐν τῷ, ἕλκετο δέ, ἢ ἐν τῷ, ἦλθε δέ, ἀναγκάσῃς ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ δή λαφθήσεται. Πολλάκις δὲ ἦν τὸ καὶ ἐν τῇ καθ' ὁμιλίᾳ γίνεται. οἷον, ἐμοῦ δὲ παραιθοῦντος, ὁ δὲ ἀντέβαινε. Καὶ ἄλλως δὲ πολλάκις ὁ δὲ σύνδεσμος, ἀντὶ τοῦ δή κεῖται, ὡς καὶ ἐν τῷ, Μὴ δ' ἄτως, ἀγαθός περ ἐών, κλέπτε νόῳ. Εἷς γὰρ ὤν, ἥλπισται ἀντὶ τοῦ δή.

ρνα'. Ὅτι Ἀχιλλεὺς θυμῷ τικώμενος, παράβολόν τι φρονεῖ, ξίφος ὀξὺ παρὰ μηρᾶ ἐρύσασθαι μελετῶν κατὰ τὸ βασιλέως. Ἀθηνᾶ δὲ οὐρανόθεν ἐλθοῦσα, κωλύει. Ἰδίως, ἡ παρ' αὐτῷ ἀλχίνοια. Οὐρανὸν δὲ ἐνταῦθα οἱ παλαιοὶ τοῦτο τὸν κεφαλήν, ἔνθα ἐνίδρυται ἡ τῆς ἀλληγορίας Ἀθηνᾶ, μεταποιεῖ τὸ θρασὺ τοῦ Ἀχιλλέως βούλευμα, καταβᾶσα, ἰστέον, τῷ λόγῳ καθεβηκέναι φησὶν ἢ μέλλοντα χρόνον, ὃ ὑποδήσασα, ὡς ἐπὶ μόνον λυπεῖν οὐδὲν αὐτόν, ἀλλά τι δεινόν τι πάσεται διὰ τὸ τοῦ βασιλέως μεγαλεῖον· τὸ διδάξασα, ὅτι μόνον τῷ Ἀγαμέμνονι πρὸς καλὸν ἦναι τὸ παύσασθαι τὴν Ἀχιλλέα τῆς τοιαύτης ὀργῆς, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ Ἀχιλλεῖ. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, Ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε, κηδομένη τε. Ἄδηλον γάρ, εἰ ἀνύσει τι καὶ τοῦ εὐρυκρείοντος, καὶ μὴ βλαβήσεται, μικροβασιλεὺς αὐτὸς ὤν. Εἰ δὲ καὶ ἀνύσει, εἰ δ' ἔ-

1. κολεοῖο) Homerus κολεοῖο. Polit.

2. βαρεῖαν) gravem i. e. ſiniſtram manum, quæ non ita agilis eſt, ut dextra. Dextræ enim partes, fortiores agiliorefque ſunt ſiniſtris: ut Ariſtoteles aſſerit. *Salvinus*.

3. ὁμοίως τὸ χεῖρον) l. ὁμοίως τῷ χείρονι. Polit.

4. ἀλλ') lege ἁλλ' cum adſpiratione. *Polit.*

λανοίας ἐπιμήθηαν. Διὸ κ᾽ αὐτὸς ἐκῆνος θαυμάζη τὸ πρᾶγμα. Καὶ ὅ, ἔςη δ᾽ ὄπισθεν, τᾶτο δηλοῖ, κατὰ τὰς παλαιὰς, ὅτι τᾷ μέλλοντος αὐτὸν ὡς ἔννοιαν ἴσχεν ἡ Ἀθηνᾶ. Ἔμπροσθεν μὲν γὰ τὰ οἰχόμενα, κ᾽ ἤδη γενόμενα, κ᾽ ὡς θέαν,
Rom. p. 82. ἢ πᾶρον ἐλθόντα. ὀπίσω δὲ, κ᾽ ὄπισθεν, τὰ ἔσεσθαι μέλλοντα· ἐπειδὴ ἀπρόρατον τὸ μέλλον· καθάπερ ἀόρατα κ᾽ τὰ καλύπτειν ἡμῖν ὄντα.

ριβ'. Τὸ δὲ ὑρανόθεν τᾶτο τὸ παρ᾽ Ὁμήρῳ, ὃ τῶν ἀλληγορηθὲν, ἀφορμὴ γένοντο τοῖς Πλατωνικοῖς, τᾶς κεφαλικᾶς ὑρανώσεως· οἵπερ μυθεύονται, τὰν ψυχὰν ἐκπεσᾶσαν τῶν ἄνω, κ᾽ σώματι ἐγκλεισθῆσαν, ἐνοικισθῆναι τᾷ κεφαλᾷ, πλασθείσᾳ πρὸς τύπον ὑρανίω σφαιρώματος, ὡς ἂν μὴ πάντη ἀλλοφύλῳ τόπῳ ἐμπέσοι, ἀλλὰ τῷ μικρῷ τύτῳ ὑρανίσκῳ ἐγκατοικοῦσα, ἔχοι μεμνῆσθαι, ὅθεν ἦν. Ξανθᾶς δὲ κόμας ἐλᾶν τὸν Ἀχιλλέα ἡ Ἀθηνᾶ λέγεται, συμβολικῶς κ᾽ τᾶτο, διὰ τὸ ἐν τᾷ κεφαλᾷ, ὡς ἤρηται, ἱδρύσθαι [1] τὸ ἡγεμονικόν. Μόνῳ δὲ αὐτῷ λέγεται φαίνεσθαι, διότι [2] μόνος ἦχε συνορᾶν, ἃ ἔνδον Ἀχιλλεὺς καθ᾽ ἑαυτὸν ἐβουλεύετο. Οἱ δὲ παλαιὰ φασί, μόνως τύτως, τὸν Ὁμηρικὸν Ἀχιλλέα, κ᾽ [3] τὸν Ἀθηναῖον Σωκράτην, ἐν συντυχίαις τῷ οἰκείῳ κεχρῆσθαι δαίμονι. Ἀχιλλεύς τε γὰ ἐνταῦθα λαλᾶν, κ᾽ ἀκούειν τὰ μυθευόμενα· κ᾽ Σωκράτης δὲ ἔλεγεν, ὡς, ὥσπέ μοι τὸ δαιμόνιον. Εἶχον δέ ἄν οἱ παλαιοὶ ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς πρόσωποις τοιούτους νοεῖν, ὡς τοιοῦτόν τινα, κ᾽ τὸν Ὀδυσσέα, καθὰ κ᾽ ἑτέρους τινάς. Θαμβᾶται δὲ Ἀχιλλεύς, ἡνίκα τοσοῦτος θυμὸς ἐξεκαύθη αὐτῷ, κ᾽ μετατρέπεται ταχύ, μεταβουλευόμενος δι᾽ ἀγχίνοιαν· ὥς γε κ᾽ πρότερον ἐβουλεύετο, ἢ τὸ δέ τι κακὸν ποιῆσαι, ἢ τὸν χόλον παῦσαι, ὡς ἑτοίμως

jus rei ſtupore, atque admiratione percellitur. Et quod dicit, *ſtetit a tergo*, id, ex veterum ſententiâ, ſignificat, ductum eum fuiſſe a Minervâ in cognitionem futuri. A parte enim anteriori ſunt res præteritæ, quæque jam fuerunt, & ſub oculos, vel manus venerunt. Retrorſum verò, atque a tergo res futuræ: quandoquidem minimè adhuc in conſpectum venit id, quod futurum eſt: ſicuti obtutum etiam fugiunt oculorum ea, quæ ſunt nobis a tergo.

CLII. Porrò autem τὸ ὑρανόθεν, *de cælo*, hoc, quod eſt apud Homerum, & nunc allegoricè accipitur, occaſionem dedit Platonicis, ut cœlum in capite conſtituerent: qui ſanè animam fabulantur e ſuperis delapſam, incluſamque eſſe in corpore, eamque in capite, quod ad exemplum cœleſtis globi conformatum ſit, tamquam in domicilio, eſſe collocatam, ut non in alienum extraneumque prorſus locum immiſſa eſſet; ſed in parvo hoc cœlo inhabitans, reminiſci illa poſſet, unde ortum duceret. Deinde Minerva flavâ comâ Achillem apprehendiſſe dicitur, idque etiam allegoricè, propterea quòd in capite, ut dictum eſt, ſedem ſuam poſuerit animi principatus. Ei etiam ſoli apparuiſſe illa dicitur, propterea quòd nemo quiſquam conſpicere poterat, quæ intus Achilles ipſe apud ſeſe conſilia agitabat. Veteres autem tradunt, familiari in colloquiis dæmone hos duntaxat uſos fuiſſe, Achillem Homericum, & Socratem Athenienſem. Nam & Achilles loquitur hoc loci, atque audit ea, quæ fabulatur Poëta; & Socrates ſecum dæmonem locutum eſſe affirmabat. Quamquam antiqui hi auctores iis, quos Homerus commemorat, Ulyſſem quoque, tamquam unum aliquem de iſtorum numero, ſicuti & alios nonnullos, accenſere potuiſſent. Obſtupeſcit porrò Achilles, quòd vehementi adeò irâ ſibi animus exarſerit, ſtatimque ſe convertit, mutato ob ingenii perſpicaciam conſilio: ut ſupra quidem deliberabat, an hoc mali faceret, an iram deponeret, utpote qui promptus paratuſque erat ad ſententiam mutandam.

1. τὸ ἡγεμονικὸν) τὸ ἡγεμονικὸν, *principale animæ, ſive principalis pars animæ*, ideſt, *mens, intellectus*. Salvin.

2. διότι μόνος ἦχε συνορᾶν) Οἷον φαντάζεσθαι. κ᾽ δ᾽ ἄλλος ἔτις ἐφάπ. Apulejus vertit: *ſoli conſpicua; aſſ alienum nemo tuetur*. Salvin.

3. τὸν Ἀθηναῖον Σωκράτην) Vide Apulejum de Deo Socratis. *Salvianus*.

illa coma, qua insignis admodum & decorus Achilles extitisse traditur, fervidum Herois illius ingenium, & iracundum repræsentat. Tales enim esse perhibentur, qui flavo sunt colore. Quamquam flavus etiam fuisse fertur Menelaus: & tamen ille non admodùm iracundo, sed placidiori erat ingenio. Unde & mollis bellator videbatur. Quod autem dicit, ξανθῆς κόμης ἕλε Πηλείωνα, *flavâ comâ apprehendit Pelidem*, vel est per antiptosin, ita ut sit, ἕλε τὴν ξανθὴν κόμην τοῦ Πηλείωνος, *apprehendit flavam comam Pelidæ*; vel deficitur per ellipsin præpositione. Sic enim intelligitur, ut sit: ἕλε τὸν Ἀχιλέα ἐκ τῆς ξανθῆς κόμης. *apprehendit Achillem per flavam comam*. Porrò autem, id quod veteres declarant, ὁ ξανθὸς, *flavus*, fit ex ἄνθος, *flos*, addito per pleonasmum τῷ ξ. ita ut ξανθὴ κόμη, *flava coma*, sit ἡ ἀνθηρά, *florida*. Sed potest etiam esse ab ἐξανθῶν, *efflorescere*, rejectâ primâ illâ litterâ ε. quod utique fit etiam in Ἑξάδιος, *Hexadius*, quem nonnulli tribus syllabis scribunt Ξάδιον, *Xadium*, ut postea notabitur. Atque ita ex præpositionibus ἐς, & ἐν, *in*, aufertur alicubi prima littera ε, ut manifestum facit τὸ ὑπερθεν, ὑπέρειν, *infra*, ὑπέρτερος, πέρτερος, *inferior*; itemque τὸ σκορακίζειν, *ad corvos amandare*, & σκαρδαμύσσειν, *nictare*, *sive crebro connivere*, & σκερβόλλειν, hoc est, ἐς κέαρ βάλλειν, *in cor jacere*, *sive jaculari*, *sive cor conviciis impetere*, & πρωτώπιον apud Euripidem, sive προεωπιον, decus, atque ornamentum. ut cum dicit γῆς Πελοπίας πρωτώπιον, *terræ Pelopiæ decus*. Itemque κτὶς, κτενὸς, *pecten*, *pectinis*, quasi ἐκτὶς, παρὰ τὸ ἐκτείνειν τὰς κτενιζομένας τρίχας, *ab extendendis*, *seu porrigendis pexis capillis*. Atque etiam fortassis litterâ ε spoliatum est τὸ κλέπτειν, *furari*, quasi ἀπὸ τοῦ ἐκλέπτειν τὰς ὑποκλεπτομένας, *a decorticandis*, *expilandisque iis*, *quorum res furto auferuntur*.

CLIV. Quin & ἀπὸ τοῦ ξαίνειν, *a carminando*, *vel carpendo*, a quo est etiam ξάνιον, idest, pecten, (ἰσαύτη γὰρ ἱστορεῖται ἡ Ἀχιλλέως κοσμεῖν,) ἢ θερμὸν παραδηλοῖ, καὶ ὀργίλον τὸ ἦρως. Τοιοῦτοι γάρ, φασιν, [2] οἱ ξανθόχολοι. Ξανθὸς δὲ ἱστόρηται καὶ ὁ Μενέλαος. ἀλλ' ἐκεῖνος οὐκ ἦν ὀξύχολος· ἀλλὰ ἤπιος. Διὸ καὶ μαλθακὸς ἐδόκει πολεμιστής. Τὸ δὲ ξανθῆς κόμης ἕλε Πηλείωνα, ἢ ἀντίστασις ἐστὶν, ἀντὶ τοῦ, ἕλε πῶ ξανθὴν κόμην τοῦ Πηλείωνος· ἢ ἔλλειψιν ἔχει προθέσεως. ἕλε γὰρ τὸν Ἀχιλλέα ἐκ τῆς ξανθῆς κόμης. Ὁ δὲ ξανθὸς, ὅτι ἐκ τοῦ ἄνθος γίνεται, πλεονασμῷ τοῦ ξ, δηλοῦται τοῖς παλαιοῖς· ἦν γὰρ ξανθὴ κόμη, ἡ ἀνθηρά. Δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐξανθῶν ἦναι, ἀπελεύσει τοῦ καθ' ἀρχὰς ε. ὃ δὴ καὶ ἐν τῷ, Ἑξάδιος γέγονεν, ὃν τινες πολυσυλλάβως Ξάδιον γράφουσιν, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρήσεται. Οὕτω δὲ καὶ τῆς ἐς προθέσεως, καὶ τῆς ἐν, ἔστι δ' ἀφαιρεῖται τὸ κατάρχον ε, ὡς δῆλον ἐν τῷ ἔνερθεν τέρθεν, ἑτέρτερος τέρτερος· καὶ [3] ἐν τῷ σκορακίζειν, καὶ [4] σκαρδαμύττειν, καὶ σκερβόλλειν, ὅ ἐστιν, ἐς κέαρ βάλλειν, καὶ προτώπιον παρ' Εὐριπίδῃ, ἤτοι προεωπιον, πρόσχημα. οἷον, [5] γῆς Πελοπίας προτώπιον. καὶ κτὶς κλειὸς, ὡς οἱονεὶ ἐκλὶς, παρὰ τὸ ἐκτείνειν τὰς κτενιζομένας τρίχας. Ἴσως δὲ καὶ τὸ κλέπτειν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἐκλέπτειν τὰς ὑποκλεπτομένας, [6] ἀφῃρέθη τοῦ ε.

ρνδ'. Ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ξαίνειν, ἀφ' οὗ καὶ ξάνιον τὸ κλέντον, γίνεται ὁ ξανθὸς, ὡς οἷον ξαυτὸς,

1. οἱ παλαιοὶ ἱστοροῦσι) Pace veterum istorum, liceat mihi dicere, tempestivè fecisse Homerum, & secundùm herois decorum: qui, quamvis irâ maximè esset incensus, Deæ respectu, æstum animi, ardoremque ilico compressit; obsecutus Sapientiæ Numini. *Salvinus.*

2. οἱ ξανθόχολοι) Sic etiam apud Etymologum, ex quo hæc deprompsit Eustathius. Sed legendum utrobique mihi videtur, οἱ ξανθέχεοι. quod facilè primùm mutari potuit in ξανθέχλοι· atque hinc fortassis natum ξανθόχολοι. Politus.

3. ἐν τῷ σκορακίζειν) A maledictione, ἔρρε ἐς κόρακας; *abi ad corvos*, verbum σκορακίζειν. Salvinus.

4. σκαρδαμύττειν) Invenitur quoque καρδαμύσσειν, τῷ σ' deperdito, ut est apud auctorem Etymologici Magni. Verùm si σκαρδαμύσσειν est a σκαίρω, *salio*, & μύω, *connivere*, non video, quomodo ad particulam ἐς reduci queat, rejecto ε. *Salvin.*

5. γῆς Πελοπίας) Euripides Hippolyto v. 374. κέαρ Πιτθεὺς φρενώσειε. ubi tamen a veteri Scholiastâ φρενώσειε exponitur φρόνησιν. Politus.

6. ἀφῃρέθη) L. ἀφῃρέθη. Polit.

ἐκεχιρία, [7] τὸ ἐπέχειν χῆρας· [8] καὶ τὸ πέφραδα· καὶ οἱ ὅμοιοι ἀναδιπλασιασμοί. Σὺν ἄλλοις δὲ μυρίοις καὶ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ [9] λευκίππους Αἰνιάν· καὶ [10] ὁ ἀπηλιώτης, καὶ οἱ ἀντίλιοι. Ὅτι δὲ [11] κόμη ξανθὴ ἐκόσμει καὶ τὸν Μενέλαον, ἐν τοῖς ἑξῆς ἱστορήσει ὁ Ποιητής. Δῆλον δέ, ὡς ἡ ξανθὴ κόμη, ἀφ' ἧς καὶ Ξάνθος ὄνομα ἵππῳ ξανθῷ, ὡς εἰκός, καὶ πυρρὰ λέγοιτ' ἄν. ἧς παρώνυμον, πύρριχος. Ἔτι δὲ καὶ πυρσὴ, συγγενῶς ἔχουσα [12] πυρσῷ, τῷ καὶ φαιῷ. Ἡ δ' αὐτὴ κόμη ῥηθεῖσα ἂν καὶ αἰθὴς, ὡς ἐκ τοῦ αἰθός. ᾧ χρῆσις ἐν τῷ, [13] Αἰθὸς γεγένημαι. Ἡ δὲ τοιαύτη αἰθὴς κόμη [14] τῷ παρὰ Λυκόφρονι Κομαιθὼ παρήγαγεν. ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ, πυρρώτριχα. Καὶ ἡ Ἀγαμεμνονέη δὲ Αἴθη, πυρρὰ ἦν ἄν, κατὰ τὸν ἡρημένον αἰθήν· καὶ ἄλλως δὲ φοινικῆ· ἐπεὶ καὶ [15] φοῖνιξ ἵππος, ὁ ἐμόχρους φοίνικι τῇ ὀπώρᾳ. Εἰ δ' ἄλλως [16] διαφορὰ ἐστὶ ξανθοῦ τοῦ ἡλιώ-

vice mutantur adſpiratæ in tenues, in τὴν ἀμπεχόνην, *indumentum*, ex præpoſitione ἀμφὶ, *circum*; in ἐκεχειρία, *inducia*, quod eſt, ἐπέχειν χῆρας, *cohibere manus*; in πέφραδα, *dixi*, atque in ſimilibus reduplicationibus. Nec non, præter alia ſexcenta, in eo, quod legitur apud Sophoclem, λευκίππους Αἰνιάν. *candidos habens equos Ænian*. itemque cum dicitur ὁ ἀπηλιώτης, *ſubſolanus*, & οἱ ἀντίλιοι, *Antelii*, *ideſt*, *ſoli oppoſiti*, *ſive obverſi*. Ad hæc, narrat infra Poëta, ut κόμη ξανθὴ, *coma flava*, decori atque ornamento eſſet Menelao. Quemadmodum autem conſtat, ἡ ξανθὴ κόμη, *flava hæc coma*, a qua, ut videtur Ξάνθος, *Xanthus*, nomen equi flavi, dici etiam poteſt πυῤῥὰ, *rufa*. cujus denominativum, πύῤῥιχος, *rufus*, nec non πυρσὴ· quum cognata hæc vox ſit πυρσῷ, quod & rutilum ſignificat. Eademque coma appellari inſuper poteſt αἰθὴ, *ardens*, tamquam ab αἴθω, *ardeo*. cujus vocis exemplum illud: Αἰθὸς γεγένημαι. *Ardens factus ſum*, *ſive ardeo*. Atque hæc ipſa αἰθὴ κόμη, *ardens coma*, derivavit muliebre apud Lycophronem nomen, Κομαιθὼ, *Comæthonem*: quod æquè valet, ac rufis præditam capillis. Quin & equa Agamemnonis Αἴθη, *Æthe*, rufa fortitan fuerit, perinde atque αἰθὴ, de qua diximus: &, ſi appellare aliter placet, φοινὴ, *phœnicea*, *punicea*, *ſeu rubra*: quoniam & equus φοῖνιξ, *phœniceus*, *ſeu ruber*, qui ejuſdem eſt coloris, atque φοῖνιξ, *palmula*, qui fru-

1. διὰ τ' ἔνπα) Alii διά τ' ἔσπα, v. 298. lib. κ' Il. *Polit.*

2. ἐλεφαίρω) A verbo, ἐλεφαίρειν, fallere, decipere, portam ἐξ ἐλέφαντος, ex ebore, falſis ſomniis attribuit Homerus, unde Claudianus, *& vanum ſomnia mittit ebur*. Salvinus.

3. τὸ ἐφθὸν, καὶ τὸ ῥηθὸν) quaſi deberent eſſe cum τ', ut εἰλῆθον. Salvin.

4. ἀ πεπαυότες) Huc reduci poſſunt præterita perfecta omnia primæ conjugationis barytonorum. Sic ζώσασις, apud Latinos factum eſt *trophæum*; βόσπορος, *Boſphorus*. Salvin.

5. μυελὸς σφονδυλίου ἐκπαλὼν) ἀπὸ τοῦ σφόνδυλος, vertebra. *Sal.* μυελὸς σφονδυλίου ἐκπαλὼν) Poëta lib. ε' Il. verſ. 482. μυελὸς αὖτε Σφονδυλίου ἐκπαλὸν· ἃ δ' ἐνὶ χθονὶ &c. *Polit.*

6. παρὰ τὸ μὴ εἰκὸς) Veriſimilius etymon puto παρὰ τὸ οἰκὸς. hoc eſt, παρὰ τὸ ἔοικος, οἰκὸς. *præter id, quod decet, præter ſimilem & æquum.* non παρὰ τὸ ἔοικος, quatenus ſimile ſignificat. Julia, filia Auguſti, interrogata, cur, quum tot vitiis commiſceretur, Agrippæ tamen ſimiles filios pareret; reſpondit: *Numquam, niſi navi plenâ, tolle vectorem.* Macrob. Superius etymon a me adductum, poſtea gaviſus ſum, me repetiſſe apud Etymologici auctorem. Μυιχός. παρὰ τὸ ἀεὶ τὸ αἰεὶ τὸ ἀιὼν τὸ αἰὼν· *decus*; &c. *Salvinus.*

7. τὸ ἐπέχειν χῆρας) forſaſſe, παρὰ τὸ ἐπέχειν χῆρας. Etymologus: παρὰ τὸ ἔχειν τὰς χῆρας. Hinc A. Gellius l. 1. cap. 15. *Græci autem ſignificantiam conſignantiamque ceſſationem iſtam pugnæ factitiam ἐπέχειν dixerunt, exemptâ unâ litterâ ſonitus vaſtioris, & ſubjunctâ lenioris.* nempe exemptâ litterâ denſâ χ', & ſubjunctâ tenui κ'. *Polites.*

8. καὶ τὸ πέφραδα) Videtur aliquid deeſſe, perinde quaſi, exempli cauſsâ, ſcriptum fuerit: Ὅμοιον καὶ τὸ πέφραδα, καὶ οἱ ὅμοιοι ἀναδιπλασιασμοί. Ut paullò ante: Ὅμοιον καὶ τὸ ἐλεφαίρω &c. *Polites.*

Neſcio, quem locum habeat τὸ πέφραδα in exemplis τῆς ἀντιστοιχίας, ſeu commutationis literarum denſarum in tuas tenues, niſi quòd dicere vult, ſecundùm analogiam dicendum eſſe εἴφραδα, dici tamen propter euphoniam πέφραδα. & in ſimilibus reduplicationibus præteritorum, ut a εἶπον. πέφυγα. Salvinus.

9. λευκίππους) *Leucippos*, propterea quod ἵππος aſpiratur, deberet eſſe *Leuchippos*; & *apeliotes*, *apheliotes*. Salvin.

10. ὁ ἀπηλιώτης) Catull. *Nec ſævi Boreæ, aut Apeliotæ.* Salvin.

11. κόμη ξανθὴ) Horat. *Cui flavam religas comam.* Salvin.

12. πυρσῷ) Xanthia, Byrrhia, ſervorum nomina apud Terentium: ξανθίας, πυῤῥίας. perinde ac ſiquis diceret, Flavulus, Rufulus. *Salvin.*

13. Αἰθὸς γεγένημαι) Apud Ariſtophanem Theſmophoriazuſis v. 253. *Polites.* Æthus, equus ſolis. *Salvin.*

14. τῷ παρὰ Λυκόφρονι) in Alexandrâ v. 934. ubi tamen pro Κομαιθὼ, eſt, qui legat Κομαιθὰς. Polit.

15. φοῖνιξ ἵππος) Sic Homero equus, qui *badius* Latinis. Servio eſt *phœniciatus*. De eodem Iſidorus l. 12. Orig. cap. 1. *Ipſe eſt ſpadix, quem phœnicatum vocant.* Polit.

Virg. *honeſti ſpadices.* Salvin.

16. διαφορὰ ἐστὶ ξανθοῦ) Phavorinus apud A. Gellium l. 2. c. 26. ξανθὸς autem, & ἐρυθρὸς, & πυῤῥὸς, & φοινὸς *habere quaſdam diſtantias coloris* τοῦ ξανθοῦ *videntur, vel augentes eum, vel remittentes, vel mixtâ quadam ſpecie temperantes.* Polit.

erat conſtituta pœna in eum, qui legem violaſſet. Deinde, quod ſcire oportet, τὸ, μετετράπετο, ſi extra allegoriam intelligatur, poſitum eſt pro ἐστράφη, *converſus eſt, ſe convertit:* converſis nimirum retro oculis, ut videret, quis ſuam ipſius comam apprehendiſſet: quando & videns, & agnoſcens, ſtupore percellitur, miſſoque ſibi auxilio proficit.

CLVI. Porrò autem Ἀθήνη, *Minerva*, juxta fabulas, filia eſt Jovis, ſic dicta, quaſi ἀθήλη, *uberum inſueta*, eo quòd lac non ſuxerit. Ferunt enim, parturiente capite Jovis, vocatum, ut præſto eſſet, Vulcanum: hunc ſecuri caput percuſſiſſe: fœtumque inde proſiluiſſe, qui in eo geſtabatur, adultæ jam perfectæque ætatis puellam armatam, quæ eam appellationem ſortita fuerit ἐκ τοῦ μὴ θηλάσαι, *ex eo, quòd papillam non ſuxerit, ſive lac ex papillâ non hauſerit.* Eſt enim θάω, θήσω, idem atque θηλάζω, *i. e. papillam fugendam præbeo, vel papillam fugo, aut etiam mulgeo*, juxta illud: ἐπετησιὸν γάλα θήσας. *in totum annum lac mulgere.* ex quo ἀήθων γαλαθηνὸν, *agnellus lacteus, ſeu lac fugens:* & τιθὴς, nutrix, quæ etiam θηλαμὼν apud Lycophronem: nec non ἡ θηλὴ, *papilla*, & τὸ θηλάζειν, *lactare*, atque ἡ τήθη, *nutrix*, utpote quæ, dum puellum jubet fugere, dicit τῆ, hoc eſt, *prehende, mammam exſuge*,

1. παρὰ Ζαλεύκου) De Zaleuco Locrenſi, qui lege latâ, homini in adulterio deprehenſo oculos effodi; filium ejus criminis damnatum, unum oculum perderet ſe ipſum altero oculo pro eo orbari ſuſtinuit, ne prorſus ille cæcus evaderet: narrat Ælianus variæ hiſtoriæ lib. XIII. cap. XXIV. *Salvianus.*

παρὰ Ζαλεύκου) lege, περὶ Ζαλεύκου. Sed ἀμάρτημα hoc eſt μυθικὸν Euſtathii referentis ad Zaleucum Locrenſem id, quod a ceteris ferè ſcriptoribus memoriæ proditum eſt de Charondâ Thurio, ſeu, ut ſcribit Ariſtoteles, Catanæo. Val. Maximus lib. 6. c. 5. facto illi inſigni Zaleuci Locrenſis, quod narrat etiam Ælianus, ſubjicit, atque adnectit alterum hoc maximè memorabile Charondæ: *Sed aliquanto Charonda Thurii præſtantior, atque abſtinentior juſtitiæ. Ad quem, & eruendum uſque ſeditioſas concionis civium parabantur, lege cavendo, ut ſiquis eas cum ferro intraſſet, continuò interficeretur. Interjecto deinde tempore, ex longinquo rure gladio cinctus, damnum repetens, ſubitò indicta concione, ſicut erat, in eam proceſſit: ab eoque, qui proximè conſtiterat, ſoluta a ſe legis ſuæ monitus: Idem ego illam, inquit, ſanciam: ac protinus ferro, quod habebat, diſtricto incubuit. Quumque literet culpam vel diſſimulare, vel errore defendere; pœnam tamen repræſentare voluit, neque ſuæ juſti-*

χεῖρ. Ὁ δὲ, ὡς λύσειν ἔφη, ἀλλὰ κυρώσειν, τῷ αὐτῷ ξίφει δὺς ἑαυτὸν, ἀπέρρηξε τὸ ζῆν. ὅπερ ἦν παυτὶ τῷ παραβαίνειν τὸν νόμον. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἀναλλήγρητον τοὐμπαλιν τὸ, μετετράπετο, ἀντὶ τοῦ ἐστράφη κῆται· τρέψας δηλαδὴ ὀπίσω τὰς ὄψεις, ἵνα ἴδῃ, τίς ὁ τὴν κόμην αὐτοῦ ἑλών· ὅτε καὶ ἰδὼν, καὶ γνοὺς, ἐλαμβάνετο, καὶ ὠφελεῖτο.

ρνς'. Ἀθήνη δὲ μυθικῶς μὲν, Διὸς θυγάτηρ, οἱονεὶ ἀθήλη τις οὖσα, ὡς μὴ θηλάσασα. Ὠδῖνε μὲν γάρ, φασιν, ἡ κεφαλὴ τοῦ Διός. ἐφίσταται δὲ πρόσκλητος Ἥφαιστος, καὶ πλήξας πελέκει τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ ἐγκυμονούμενον ἐξέθορε, παλλὰς κόρη ἔνοπλος, καὶ αὐτὴ ἐκ τοῦ μὴ θηλάσαι τὴν κλῆσιν ἔλαχε. Θῶ γὰρ φησὶ, τὸ θηλάζω, ὡς τὸ, ἐπετήσιον γάλα θῆσαι. ἐξ οὗ καὶ ἀρνίου γαλαθηνόν· καὶ τιθὴς, ἡ τροφὸς, ἡ καὶ παρὰ Λυκόφρονι θηλαμών· ἔτι δὲ καὶ ἡ θηλὴ, καὶ τὸ θηλάζειν, καὶ ἡ τήθη, ὡς οἷον ἐπιτάσσουσα τῷ βρέφει, τῇ, θῆλε, θήλασον,

X 2

tia fieret. Diodorus Siculus Bibliothe. Hiſt. lib. 12. Λέγεται δ' ὑπὸ τῶν ἀκμὴν ὑπερ ἡ τὰ Χαρώνδα πολιτῶν, καθ' ὃν ἰδιώτ τι, καὶ παράδειξον αὐτὸ συνέβη. ἐπὶ γὰρ τὴν χεῖρον ἐξιὸν μετὰ ξιφιδίου διὰ τὰς λῃτὰς, καὶ κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίας συνεχούσης, καὶ πιμηχὰς ἐν τῇ πλήθει, φησὶν πελυσπτημένου τὸ κατὰ τ φασιν. νεανιευσάμενος δ' ἂν, μηδένα μαθ' ὅπλα ἐκκλησιάζειν· καὶ ἐπιλαβόμενος, ὅτι τὸ ξίφος παρέζωται, παρέδωκεν ἑαυτὸν τοῖς ἀρχομένοις κατηγορίας· ὧν ἕνὸς ἀνέντος, ἀπαλλάττειν ἠξίου νόμου, μὰ Δί', ὧνερ, ἀλλὰ κύριον ποιῆσαι. καὶ σπασάμενος τὸ ξιφίδιον, ἑαυτῷ ἐπέπηξεν. Subdit tamen Diodorus, nonnullos Hiſtoricos facinus iſtud Diocli aſcribere, ei, qui leges condidit Syracuſanis. *Politus.*

2. πλὰς κόρη ἔνοπλος) Vide facetiſſimum Lucianum in Dialogis Deorum. *Salvin.*

3. τὸ θηλάζω) Etymologus in Voce Θηλαμὼν ἡ ζωὴ. ait: Eſt θῶ verbum ſignificans τὸ βιῶ, *nutrio*, cujus futurum θήσω, *nutriam.* Homerus: γουνὸν πιθύσαν μαζόν. *femineam ſuxit mammam.* Salvin.

4. θῆθαι) I. θῆσαι ex lib. δ' Od. v. 89. *Pelit.*

5. θηλαμὼν) Sic ipſa Alexandræ patria, Troja, dicta apud Lycophronem v. 31. *Politus.*

βάσεια, ἡ αὐτὸ λεχθήσεται κατὰ καιρόν. Ὁ δὲ Παραβάτης, [4] ἐν οἷς Δία τὸν τοῦ ἡλίου, ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι λέγει τὴν Ἀθηνᾶν, ἤτοι τὴν πρόνοιαν. Διό, φησι, καὶ θεὸς μοῖρα Ὅμηρος ἀπεμαντεύσατο τὸ, [5] Τιείμην, ὡς τίετ' Ἀθηναίη, καὶ Ἀπόλλων. γενᾶς δέ, φησιν, οὐκ ἐξ ἀκροτάτου μέρους, ἀλλὰ ὅλην ἐξ ὅλου. Ὅτι δὲ Ἀθηνᾶ πρόνοια λέγεται, φέρει ἑκάτερος καὶ χρῆσιν τοιαύτην· Ἦλθε δ' ἐς Πυθὼ, καὶ ἐς [6] Γλαυκῶπα Προνοίην.

ρξ'. Τέτταρες δὲ εὐθεῖαι εἰσὶ τῆς Ἀθηνᾶς. πρωτότυπος μὲν, ἡ Ἀθήνη, οἷον, ἀθήλη, ὡς ἥμερται. ἀπὸ δρομικῆς γὰρ τῆς τοῦ Διὸς ἐξέθορε κε-
Rom. p. 84. φαλῆς. Ἐκ δὲ ταύτης, [7] κατὰ συγκοπὴν, Ἀθάνα γέγονε, καθὰ παρά τε Σοφοκλεῖ κεῖται, καὶ ἑτέροις. Ὥσπερ δὲ τὴν ἄμαξαν, κατὰ παραγωγὴν, ἁμαξάραν φασὶ, καὶ τὴν αὐλὴν αὐλάραν, καὶ [8] τὴν πρόσωπιν προσωπάραν, ὡς ἐπὶ ἐλέφαντος, καὶ τὸν πρότερον πρωτεράραν, καὶ τὴν ὑστέραν ὑσταράραν, καὶ τὴν ἀλκὴν ἀλκάραν, ὡς ἐπὶ λέοντος, καὶ τὸν πέραν περάραν, καὶ τὴν ἀκτὴν ἀκτάραν, ὡς ἐπὶ Ἀττικῆς παρὰ Καλλιμάχῳ, καὶ τὴν γαλήνην γαληνάραν, ὡς τὸ, Γαληναίη τε γίνηται· καὶ τὴν ἀνάγκην ἀναγκάραν, οἷον· ἀναγκαίη γὰρ ἐσθήτι· καὶ τὴν σελήνην σεληνάραν, οἷον· [9] ἐπεὶ φάος σεληναίης καλόν· οὕτω καὶ τὴν Ἀθήνην, Ἀθηνάραν φασὶν ἄλλοι τε, καὶ ὁ Ποιητής. Οἱ μέντοι ὕστερον, ἀποβάλλοντες τὸ ι τῆς αι διφθόγγου, καὶ Ἀθηνάαν ποιοῦντες, ὥσπερ τὴν ἐλάαν ἐλάαν Ἀττικῶς, [10] οἷον· Τίς

τῆς

1. Ἀθήνη ἡ πρόνοια) Atque hanc præcipuè intelligit Homerus, si credimus priscis interpretibus Poëtæ, de quibus testatur Plato in Cratylo: καὶ γάρ τοίνυν οἱ παλαιοὶ ἐξηγούμενοι τὴν Ποίησιν, φασὶ, τὴν Ἀθηνᾶν αὐτὴν τὸν αἰθέρα, καὶ διάνοιαν κεκτῆσθαι. Inde autem hoc etymon eruit Plato, ut dicta sit Ἀθηνᾶ, quasi Ἠθηνᾶ, eo quòd ipsa sit ὁ τοῦ νόου νοῦς. Politus.

2. διότι ἐκ τοῦ θεοῦ) Ἀθηνᾶ, *Minerva*, quasi θεονᾶ. *Dei mens.* Plato in Cratylo. Palladis autem nominis simplicior derivatio ἀπὸ τοῦ πάλλειν, *a vibrando hastam*: nam armata è capite Jovis exiit. *Salvinus*

3. Συγκεκόπται) Lege, Συγκεκόπται. Correctiæ quoque Frobenius. *Politus*.

4. ἐν οἷς Δία τὸν τοῦ ἡλίου) Oratione IV. in Regem Solem. *Polit.*

pro loco, & tempore explicabitur. Cæterùm desertor ille religionis Julianus, quo in loco Jovem, Solem ipsum intelligit, ortam ex eo asserit Minervam, videlicet Providentiam. Ideoque divino instinctu vaticinatum esse Homerum affirmat, cum sic ait: *Honorarer, ut honoratur Minerva, & Apollo.* Atque eam non ex summo vertice; sed totam ex toto natam, arbitratur. Porro autem, ut ostendat, dici Minervam Pronœam, sive Providentiam, affert ille hoc ipsum exemplum: *Venit Pythonem, atque ad Minervam Pronœam.*

CLVII. Ad hæc, quatuor Recti sunt τῆς Ἀθηνᾶς, *Minervæ*. Primitivus, ἡ Ἀθήνη, *Minerva*, quasi ἀθήλη, *papillæ, ac lactis insuetæ*, ut dictum est. Virili enim staturâ ex Jovis capite prosiluit. Hinc, per syncopen, fit Ἀθάνα, quemadmodum tum apud Sophoclem, tum apud alios legitur. Rursus, quemadmodum τὴν ἅμαξαν, *plaustrum*, per paragogen dicunt ἁμαξάραν· τὴν αὐλὴν, *aulam*, αὐλάραν· τὴν πρόσωπιν, *proboscidem*, προσωπάραν, ut de elephante; τὸν πρότερον, *priorem*, πρωτεράραν· τὴν ὑστέραν, ὑσταράραν, *posteram diem*; τὴν ἀλκὴν, ἀλκάραν, *caudam*, ut de leone; τὸν πέραν, *ulteriorem regionem*, περάραν· τὴν ἀκτὴν, *actam, seu littus*, ἀκτάραν, *actæam*, ut de Atticâ apud Callimachum; τὴν γαλήνην, *serenitatem*, γαληνάραν, juxta illud: γαληναίη τε γίνηται, *serenitasque fiat*; τὴν ἀνάγκην, *necessitatem*, ἀναγκάραν. quale illud: ἀναγκαίη γὰρ ἐσθήτι. *necessitas enim urget.* τὴν σελήνην, *lunam*, σεληνάραν. veluti: ἐπεὶ φάος σεληναίης καλόν. *quoniam lumen lunæ præfulgidum*: sic etiam τὴν Ἀθήνην, *Minervam*, tum alii, tum Poëta, dicunt Ἀθηνάραν. Verumtamen, qui hos longo intervallo sunt secuti, rejecto τῷ ι ex diphthongo αι, quum sic faciant Ἀθηνάαν, sicuti τὴν ἐλάαν, *oleam*, ἐλάαν, Atticè, juxta illud: Τίς

τῆς

5. Τιείμην, ὡς) Julianus ex Homero, Τιείμην δ', ὡς. Polit.

6. Γλαυκῶπα) Epitheton hoc perpetuum, legitimum atque solenne apud Homerum, γλαυκῶπις Ἀθήνη. *cæsia Minerva*. Salvin.

7. κατὰ συγκοπὴν, Ἀθάνα) Cur non etiam Ἀθάνα Doricè pro Ἀθήνη; Salvinus.

8. τὴν προσωπίδα) Προσωπὶς, idem est ac προβοσκὶς, quam Latini dicunt quoque promuscida. utrumque enim nomen derivatur a προσώπιον, προβόσκειν. *præfatio, præfari*. Salvin.

9. ἐπεὶ φάος σεληναίης) ex Aristophane in Nubibus v. 614. *Pol.*

10. οἷόν τις τὰς ἐλαίας) lege, οἷον· Τίς τὰς ἐλαίας. Est enim id per interrogationem apud Aristophanem Rantis v. 1019. *Polit.* Diogenes Cynicus apud Laertium in ejus vitâ, quum olex prandium ei esset, allatâ placentâ, eas projecit, dicens cum Homero:

lierem dicere Ἀθηναίαν, *Athenæam*; ſed Atticas mulieres vocarunt ἀστὰς, *urbicas*, ut & ἀστὺς, *urbicos*, ipſos viros. Interea tu, velim, obſerves, ad exemplum nominum, quæ jam commemoravimus, nolle eos mulierem dicere ἀνδρίαν, ſed ἀνδρικὴν, *virilem*, *ſeu fortem*: quippe qui nomen hoc τῆς ἀνδρίας, *fortitudinis*, virtuti attribuerint. Deinde hoc loci nomini maſculino non reſpondere formationem feminini. Vir enim Ἀθηναῖος, *Athenæus*, *ſive Athenienſis*. At non item mulier Ἀθηναία, *Athenæa*; ſed, ut dictum eſt, Ἀστὴ, *urbica*, atque Attica. Verumtamen apud Philoſophos res ſecus ſeſe habet. Ipſi enim ἀρετὴν, *virtutem*, nominant: ſed deductum ex eâ maſculinum nomen, nolunt dicere τὸν ἐπάρετον, *virtute præditum*. Verùm pro eo, diverſo nomine, σπουδαῖον appellant eum, qui compos eſt virtutis. Sic etiam ἑταίρα, *amica*, vocatur meretrix: & tamen ejus maſculinum non reperitur, eo quòd fortaſſis, ut quis lepidè dixerit, conſentaneum minimè omnium erat, ut vir ſimili modo denominaretur, atque illa, quæ non unum aliquem habet virum. Verumtamen, qui talis eſt, ſuppletur hic per participium. Dicitur enim ἑταιρικὸς, *exoletus*, *meritorius*. Ac versâ vice ἑταῖρος appellatus eſt amicus, vel ſodalis. Sed ἑταίρα, ideſt, amica, non niſi in malam partem inveniri poteſt. Hæc enim vox uſurpata eſt de meretrice, ſeu ſcorto, ut honeſtius illud eſſet vocabulum.

CLIX. Ex vocis ipſius naturâ ſcribendum ἔσωθεν, *retro*, *ſive a tergo*, cum σ'. Factum eſt enim

ſ Ἕτερα δὲ τῶν παλαιῶν οὕτω συντόμως εἴρηκεν· Ἀνάπλικεν, Ἀθηναίαν γυναῖκα εἶπεν· Ἀστὰς δὲ τὰς Ἀπλικὰς γυναῖκας ἔλεγον, ὡς καὶ [6] τοὺς ἄνδρας Ἀστούς. Σημείωσαι δὲ, ὅτι τὲ, καθ' ὁμοιότητά τινα τῶν προῤῥηθέντων ὀνομάτων, οὐδὲ ἀνδρίαν γυναῖκα βάλοιμεν λέγεσθαι, ἀλλ' ἀνδρικὴν, οἷα τὴ [7] τῆς ἀνδρίας ὄνομα τῇ ἀρετῇ ἀποκληρώσαντες. καὶ ὅτι ἐνταῦθα μὲν, ὀνόματι ἀρσενικῷ οὐκ ἐπηκολούθησε παραχρηματισμὸς ψιλικῶς. Ἀθηναῖος μὲν γὰρ ἀνὴρ· οὐκέτι δὲ καὶ Ἀθηναία γυνή· ἀλλὰ, ὡς εἴρηται, Ἀστὴ, καὶ Ἀπλική. Παρὰ μέντοι τοῖς φιλοσόφοις, γίνεταί τι ἀνάπαλιν. Αὐτοὶ γὰρ ἀρετὴν μὲν λέγουσιν· ἐξ αὐτῆς δὲ παρωνυμίαν ἀρσενικὴν, οὐκ οἶδα ὅπως τ' ἐπάρειν· ἀντὶ δὲ αὐτῆς, ἑτερωνύμως, σπουδαῖον φασὶ τὸν τῆς ἀρετῆς μετέχοντα. Οὕτω καὶ ἑταίρα μὲν, ἡ πόρνη λέγεται· ἀρσενικὸν δὲ αὐτῆς, οὐχ εὕρηται. Τάχα γὰρ, ἵνα τις ἀστεϊσμῶς εἴποι, οὐκ ἦν εἰκὸς ἄνδρα παρωνυμᾶσθαι τῆ μὴ ἐχούσῃ ἵνα ἢ. Διὰ μετοχῆς μέντοι ὁ ἰδιώτης ἀναπληρῶται. πταιρικῶς γὰρ λέγεται. Πάλιν δὲ ὦ ἑταῖρος μὲν, ὁ φίλος λέγεται· ἑταίρα δὲ, ἡ φίλη, οὐκ ἂν ἀψόγως εὑρεθείη ἄν. Ἐτέρη γὰρ ἡ λέξις ἐστὶ πόρνης, εὐφημότερον.

ριθ'. Ὅτι Φύσει μὲν ὄπισθεν μετὰ τοῦ σ' γραπτέον, συγκέκοπται γὰρ [8] ἀπὸ τοῦ ὀπίσωθεν.

mero: Μάστιξιν δ' ἐλάειν. Homerus intellexit: *Flagellavit, ut irent*: auriga ſcilicet equos. Et Diogenes, *flagellavit oleam*: ſcilicet placenta. *Salvinus.*

1. Ἀθηνᾶν) ut μνᾶς, μνᾶ. *minæ*. Salvin.

2. μὴ λέγεσθαί τινα Ἀθηναίαν) Phrynichus in Dictionibus Atticis, & Mœris in Dictionario Attico, dudum Oxoniæ edito. *Salvin.*

3. Μεγαλείδης) lege, Μεγακλείδης. Sic enim hic auctor nominatur Suidæ. *Pelitus.*

4. αἱ ἀστοὶ) Scholiaſtes Ariſtophanis in Aves, ὅτε τὰ ἄστη ἔλεγον Ἀθηναῖοι. διὸ καὶ ἡ πολῖτις, ἡ Ἀθηναία, φησὶν ὁ ποιητὴς ἀστὴν λέγοντες πανταχοῦ. Salvinus.

5. Ἕτερα δὲ τῶν παλαιῶν) Vide Stephanum. *Pelit.*

6. τοὺς ἄνδρας ἀστούς) Ferunt, Athenienſes ἀστοὺς appellatos, eo quòd, ut eſt in fabulis, mortalium omnium primi ἄστυ conſtituerint. *Pelitus.*

7. ἡ ἀνδρίας) Ad mentem hîc Euſtathii legendum per diphthongum, ἡ ἀνδρείας. Polit.

8. ἀπὸ τοῦ ὀπίσωθεν) Ita ὀπίσθεν per ſyncopen a ὀπίσω, quaſi ὀπίσωθεν. Salvin.

Σεμέλης Κλῃδήσης, ὃ τὸ Διόνυσον διεκυοφορήσοντος ἐμβρύα, παλλομένην τῷ τῆ ἀμβλώμαλος καρδίαν ἤνεγκε τῷ Διί, + ἢ ἄτι λοιπὸν ἄλλο λέγεται, μύθε ἐστὶ παραλήρημα. Καὶ ἐκεῖνο μέντοι ἰσέον, ὅτι τὰ τῆς Παλλάδες ἄδωλα, Παλλάδια τοῖς παλαιοῖς ὀνομάζοιλαι· ὃ ὅτι φρόνησις ἠθικῶς ἐστὶν ἡ Ἀθηνᾶ, ὡς ἐρρέθη. Διὸ ὃ Διὸς, ὃ Μήτιδος ἦναι λέγεται, ἤτοι τοὺς, ὃ βυλῆς. Φησὶ γὰ ὁ μῦθος, ὅτι ἔγκυος ἦσα Ἥρᾳ Ἀθηνᾶν ἡ Μῆτις κατεπόθη ὑπὸ τῆ Διός· ἐν δὲ ᾧ ὡρισμένῳ ταῖς κυήσαις καιρῷ, ἐξέθορεν, ὡς πρὸ μικρῆ ἤρηται, ἐκ τῆ Διὸς κεφαλῆς ἡ Ἀθηνᾶ.

ξξ. Ὅτι τὸ, δεινὼ δέ σι ὄσσε φάανθεν, ἀντὶ τῆ, δυσανταίβλεπτοι τῷ Ἀχιλλῆ ἐφάνησαν οἱ τῆς Ἀθηνᾶς ὀφθαλμοί· ἤτε μυθικῶς διὰ τὸ φοβερὸν, ἤτε ὃ μάλιστα πρὸς ἀλληγορίαν. Οὐ γὰ ἔχεν οἷόν ἀντωπῆσαι, ὃ ἐναντίος ἐλθεῖν τῷ ὀρθῷ λογισμῷ· οἷα μή τινα ἔχοντι ἀντιλογίαν· ἀλλὰ εὐθύς, φησι, μετετράπετο. Ὅπερ μυθικῶς μὲν δηλοῖ, ὡς ἤρηται, τὸ, ἐτράφη, ὡς ἂν εἶδη, τίς ὁ τῆς κόμης ἁψάμενος· ἀλληγορικῶς δὲ; τὸ μετεβλήθη τῆ θυμῆ, ἢ ἐπεστράφη τῆ φρονῆσαι, κατὰ τὸ, ὅτι μεθίρρωσε, καὶ ἀλεγίζης. Τινὲς δὲ, τὸ, δεινὼ δέ σι ὄσσε φάανθεν, ἀντὶ τῆ φανεροὶ αὐτῷ ἐγένοντο, ὃ ἐφωτίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί. Διὸ αὐτίκα ἔγνω ἐκείνω, οἷα ἀγχίνους, ὡς πρὸ μικρῆ ἤρηται· ὃ ὡς ἔλαβεν αὐτὸν τῆ λοιποῦ, ἤτε ὅτι κακῶς μέλετᾶ, ὃ ὅτι δῆ κρεῖττόν τι ἐπιλογίσασθαι, καὶ ὅτι φρόνησις αὕτη ἐπῆλθεν αὐτῷ. Τὸ δὲ φάανθεν σκευωρῆται ἤτως. Τὰ μὲν πληθυντικὰ τῆ εἰς ην λήγοντων παθητικῶν ὁρίζων, καὶ ἡ παραληγόμενα, ἀποβολῆ τῆ ἡ, ὃ μ', τὸ τρίτον

1. τὸ δὲ, Στὸ δ' ὄπισθεν, ἀπεβαλὼ τ σ' πίπτουσι) Contra. In hoc eodem libro: Ἀλλὰ περὶ τῶν μεταπεπτωκότων τοῦ αὐτοῦ· τὸ μεταπεπτωκὸς dictum est pro μεταπεπτωμένον. Salvinus.

2. ἡ παλλὰς) quæ & Doribus φάλαξ, teste Etymologo. Politus.

fitans cor, ad Jovem detulerit, vel siquid aliud ejusmodi memoratur, nugæ sunt fabularum. Quamquam & illud sciendum est, Palladia a veteribus dicta simulacra ipsa Palladis: itemque Minervam, morali sensu, prudentiam esse, ut notavimus. Qua etiam de causâ filia esse fertur Jovis, ac Metidis, videlicet Intellectus, & Mentis, seu Consultationis. Perhibent enim fabulæ, Metidem, quum jam conceptu fœtu paritura esset Minervam, hausstam esse ab Jove: sed, constituto prægnantibus tempore, prosiluisse ex Jovis capite Minervam, ut paullò ante dictum est.

CLX. Quod ait, δεινὼ δέ σι ὄσσε φάανθεν. *terribiles autem ei oculi visi sunt*; perinde est, ac si diceret: obtutu difficiles apparuerunt Achilli oculi Minervæ: sive fabulosè, quia terribiles, sive etiam maximè allegoricè. Non enim potuit veluti contra intueri, adversâque fronte contra rectam rationem ire, utpote cui repugnare minimè poterat: sed statim, inquit, *μεταστράφη, sese convertit*, quod fabulosè quidem significat, ut dictum est, *conversus est, ut videret, quis comam apprehendisset*. Allegoricè verò idem est, atque, *mutavit sese, convertitque ab irâ*. Vel, *curam gessit rectæ rationis, atque ad mentem rediit*, juxta illud: ὅτι μεταστρέψῃ, καὶ ἀλεγίζῃς. *nullam curam geris, neque rationem habes*. Verùm nonnulli sic explicant illud, δεινὼ δέ σι ὄσσε φάανθεν, ut idem sit, atque τὸ, φανεροὶ αὐτῷ ἐγένοντο, ἢ ἐφωτίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί. *Lucidi ei facti sunt, & illustrati sunt oculi*. Quocirca statim illam agnovit, veluti ingeniosus, ac perpicax, ut paullò ante dictum est: nec de reliquo ignoravit, & malè sese cogitare, & consilia capessenda sibi esse meliora, & hanc sibi prudentiam succurrere. Porrò autem τὸ φάανθεν, *apparuerunt*, conficitur hoc modo: Pluralia in μὶ Aoristorum Passivorum desinentium in ν, quæ in penultimâ habent τὸ η, tertiam faciunt pluralem, rejectis η, & μ'. cujusmodi est ἐτύφθαν, *verberatus sum*, pri-

3. Τὸ δὲ λέγειν) quod certè dicit Etymologus. Polit.

4. Ἢ ὅτι πάσιν ἄδηλα) ut est illud Platonis in Cratylo, ubi appellatam vult Παλλάδα ἀπὸ τ ὃ τοῖς ἄπαλοις ἐγχώσιος. aut quod ait Etymologus, dictam Παλλάδα παρὰ τὸ ἀπάλλειν, καὶ χρόαινειν τὸ ἄθρο. Politus.

τος, *verberatur*, *verberati*, ἐτύφθημεν, ἔτυφθεν, *verberati sumus*, *verberati sunt*. κοσμηθέντος, *ejus*, *qui ornatus est*, ἐκόσμηθεν, *ornati sunt*. φαανθέντος, *ejus*, *qui visus est*, φάνθεν, *visi sunt*. Pariter quoque δὺς, δύντος, *subjens*, *subeuntis*, ἔδυμεν, ἔδυν, *subivimus*, *subjerunt*. φὰς, φάντος, *fatus*, *fati*, ἔφαμεν, ἔφαν, *fati sumus*, *fati sunt*. κτὰς, ideſt, *interficiens*, κτάντος, *interficientis*, ἔκταμεν, ἔκταν, *interfecimus*, *interfecerunt*. στὰς, στάντος, *ſtans*, *ſtantis*, ἔσταμεν, ἔστην, *ſtetimus*, *ſteterunt*. & pleraque alia. Idcirco autem latiùs patere diximus hanc regulam, quòd non modò verba ordinet Æolica, verùm etiam communia: a quibus ſi additamentum auferatur, eadem pro communibus fiunt etiam Jonica. cujuſmodi eſt τὸ ἐλέγομεν, *dicebamus*, ἔλεγεν, λέγων, *dicebant*. aliaque hujuſcemodi.

CLXI. Cum accuſandi caſu conſtruit Homerus τὸ φημὶ, *alloquor*, *ſeu compello*. veluti, Καί μιν φωνήσας. *& eam alloquens*, ad exemplum τῦ προσεῖπον, *alloqui*. Sed qui Homero ſucceſſerunt, uſurpant id cum dativo. veluti, φημὶ σοι, *loquor tibi*, ſimiliter atque τὸ, λέγω, *dico*, & λαλῶ, *loquor*. Sermones πτερόεντες, *alati*, propter velocitatem, ſimulque propter junctúram, aptamque eorum compoſitionem, atque etiam quia, alarum more, aërem findunt: immo & fortaſſis quia diſertos doctoſque homines ad cœlum ſublimes extollunt. Unde & proferetur illud: νῦν τοι λέγων, πτερὸν σε. *Nunc equidem dicens, quaſi alis te ſubvehebam*, Verùm in fabulis ferunt, Sirenas ac Muſas cantu inter ſe certaſſe, Sirenaſque Muſis inferiores evaſiſſe. Hæ pennas Sirenibus, quemadmodum inter utraſque convenerat, ex earum alis evelliſſe referuntur (erant enim ex avium genere Sirenes) pennaſque ipſas funiculo colligatas, pro coronarum menſurâ, in orbem aptaſſe, atque ita unaquæque ſibi coronam ex pennis circumpoſuiſſe. Neque id illæ tantùm in Sirenum dedecus, atque ignominiam feciſſe; verùm etiam

ρεῦσα ἡ λήγουσα, ποιεῖ τὸ ἐλέγομεν παρῳχημένου τὸ τρίτον πληθυντικὸν, ἔλεξεν. Οὕτω καὶ γράφων, γράφοντος, ἐγράφομεν, ἔγραφεν. Ὁμοίως καὶ τυφθεὶς, τυφθέντος, ἐτύφθημεν, ἔτυφθεν. κοσμηθέντος, ἐκόσμηθεν. φαανθέντος, φάκιθεν. Ὡσαύτως καὶ δὺς, δύντος, ἔδυμεν, ἔδυν. φὰς, φάντος, ἔφαμεν, ἔφαν. [3] κτὰς, ὁ φονεύσας, κλάντος, ἔκταμεν, ἔκλαν. στὰς, στάντος, ἔσταμεν, ἔσταν. καὶ ἄλλα πολλά. Πλατύτερος δὲ ὁ τοιοῦτος ἐρρέθη κανών, διότι οὐ μόνον Αἰολικὰ τάσσει ῥήματα, ἀλλὰ καὶ κοινά· ἐν τῇς αὐξήσεως ἀφαιρεθείσης, τὰ αὐτὰ καὶ Ἰωνικὰ γίνεται ἀντὶ κοινῶν. οἷον, τὸ ἐλέγομεν ἔλεγον λέγον, καὶ τὰ ὅμοια.

ρξά. Ὅτι Ὁμηρος μὲν αἰτιατικῇ συνάπτει τὸ φωνῶ. οἷον, Καί μιν φωνήσας, πρὸς ὁμοιότητα τῦ προσεῖπον. Οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον, μετὰ δοτικῆς φασίν. οἷον, φωνῶ σοι, [4] ὁμοίως τῷ λέγω, καὶ λαλῶ. Ὅτι [5] πτερόεντες οἱ λόγοι, διὰ τὸ ταχύ, καὶ διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς ἁρμονίαν, καὶ εὐσυνθεσίαν· καὶ ὅτι τέμνουσι τὸν ἀέρα, καθὰ τὸ πτερόν· ἴσως δὲ καὶ ὅτι τὰς λογίους ὑψοῦντες ἐξαίρουσιν. ὅθεν παρέξεται καὶ τὸ, νῦν τοι λέγων, πτερῷ σε. Ὁ δὲ μῦθος, ἀγῶνα καθίζει τῆ τε τῶν σειρήνων ᾠδικῇ τέχνῃ, καὶ τῇ τῶν μουσῶν, καὶ ὑποβιβάζει τὰς σειρήνας ταῖς μούσαις. αἱ δὲ, καθὰ συνέδοξεν, ἀναπτῶσι πτερὰ τῶν σειρήνων (ἦσαν γὰρ ὀρνιθοφυεῖς αἱ σειρῆνες) καὶ μηρίνθῳ συνδέσασι, καὶ στεφάνων συμπλήσασιν κύκλοις, περιτίθενται στέφανον ἑκάστη πτέρινον. Καὶ ἃ ἦστο μόνον ποιοῦσιν ἐπὶ τῆ τῶν σειρήνων αἰχύνῃ, ἀλλὰ

ſer-

1. ὃς τὸ) Frobenius, ὡς τὸ. Sed legendum τὸ ὃς cum accentu pro ὅτως, ex Homero v. 531. hujus libri. ubi tamen pro διάτμαγεν legunt alii διάτμαγεν, hoc modo: Τὸ γ' ὃς βαλεύσαντο, διάτμαγεν. Politus.

2. ἐφώνησεν) Poëta, φώνησεν. Polit.

3. κτὰς) lege, κτάς. Correxit etiam Frobenius. *Polit.*

4. ὁμοίως τὸ λέγω) l. ὁμοίως τῷ λέγω. Polit.

5. πτερόεντες οἱ λόγοι) Verba, ut ſagittæ, ſunt alata, & celeriter in animos permeant, & in eis altiùs infiguntur. Virg. Æn. 4. *hærent infixi pectore vultus, verbaque*. Idem de ſagittâ: *hæret lateri letalis arundo*. Pindarus ἔπεα, verba, verſus, appellat βέλεα φαρέτρια, *tela vocalia*, quibus pharetra ejus referta eſt. *Salvin.*

ιδεῖν γὰρ ἐξεῖναι. τὸ δὲ κ) τετελεσμένον ἔσται.

ρξβ'. Ὅτι σύνηθες Ὁμήρῳ συγκόπτειν τὸ ποτέ. οἷον, [2] τίπτε, αὐτὶ τοῦ, διατί ποτε. Ἔστι δ' ἅ κ), τοῦ ε ἐκθλιβέντος ἐν τῷ ἐπάγεσθαι φωνῆεν δασυνόμενον, τρέπειν τὰ ψιλὰ εἰς δασέα. οἷον, τίφθ' ἕτως ἔστιν; Ὅτι Αἰγίοχος Ζεύς, κατὰ μὲν μῦθον, ὁ μέλλων γεννᾶσθαι Διὸ ἐν Κρήτῃ, ὑπὸ αἰγὸς εὑρεθεὶς Διὸ ὀχὴν, δηλαδὴ Διὸ τροφήν, ὅπου ἔκρυπτε τὸν παιδεβρῶτα πατέρα Κρόνον ἐκρύπτετο. ἦς αἰγὸς τὸ κέρας τῆ Ἀμαλθείᾳ δοθῆναι λέγεται, ὡς ἐν τοῖς [4] εἰς τὸν Περιηγητὴν γέγραπται. Ἢ κ) ἄλλως Αἰγίοχος Ζεύς, ὁ ἔχων τὴν αἰγίδα. τουτέστι, τὸ δέρμα τῆς ῥηθείσης αἰγὸς, ἣν ἐλήλασεν. Ἔφερε γάρ, φασιν, αὐτὴν, εἰκαστόμενος εἰς μίμημα. Καὶ ἔστιν Αἰγίοχος, ὡς ἄν τις εἴπῃ, [5] αἰγίδοχος, ἐκπεσόντος τοῦ δ', [6] διὰ ὄγκον χασμῳδῆ, σεμνότητι πρέπουσα. Ἡ δὲ ἀλληγορία, Δία μὲν τὸν ἀέρα νοῆ· αἰγίδα δὲ, ἣν αὐτὸν δήμαλα, δι' ὧν ἐπαγόμενος, ἰὼν κάτω ἐκδημᾶλοῖ. Καὶ ῥηθήσεται περὶ τούτου κεφάλαιον, ἔνθα τῆς αἰγίδος Ὁμηρος μνήμην ποιήσεται. Ὅτι τὸ ἴδω, ἴδης, ἴδη, παθητικῶς λέγει ὁ Πεπλίας. ἴδωμαι γὰρ φησιν, ἀπὸ τοῦ θεάσωμαι, κ) ἴδηαι, κ), κατὰ κρᾶσιν, ἴδῃ, ὅ ἐστι, θεάσῃ. οἷον, Ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ Ἀλαμέμνονος; Εὑρίσκεται δὲ κ) τὸ τρίτον τούτων, ἴδηται. Τούτοις δὲ ἀκόλουθα παρ' Ἀττικοῖς κ) τὸ, ὑποιδόμενος, κ) ἰδέσθαι, κ) τὰ τοιαῦτα. Ὅτι ὁ μὲν ἀμφιβάλλων περὶ πράγματος, καλῶς ἂν εἴποι τὸ, Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω. τὸ δὲ κ) τετελέσθαι οἴω. Ὁ μέντοι εὖ εἰδὼς, ἐρῶ ἄν, Ὧδε γὰ ἐξερέω. τὸ δὲ κ) τετελεσμένον ἔσται.

ρξγ'. Ὅτι

CLXII. Familiare Homero ſyncopen facere τοῦ ποτέ, *aliquando, ſeu tandem*. quale eſt, τίπτε, pro διατί ποτε; *quid tandem? cur tandem? qua unquam de cauſsâ?* Eſt etiam, ubi, cliſo τοῦ ε, ſequente nimirum vocali adſpiratâ, tenues mutat in adſpiratas. Exempli cauſsâ: τίφθ' ἕτως ἔστιν; *cur tandem ſic ſtatis?* Αἰγίοχος, *Ægiochus*, Juppiter, juxta fabulam, qui, poſteaquàm natus eſt in Cretâ, ὑπὸ αἰγὸς, *a caprâ*, reperit τὸν ὀχὴν, nimirum τὸν τροφὴν, *alimentum*, quando helluoni illi liberorum, Saturno patri, occultabatur. Cujus capræ cornu datum fertur Amaltheæ, ut ſcriptum eſt Commentariis in Dionyſium Periegetam. Vel etiam aliter Αἰγίοχος, *Ægiochus*, Juppiter, ὁ ἔχων τὴν αἰγίδα, *qui geſtat ægidem*, hoc eſt, pellem capræ, a qua eum diximus lactatum fuiſſe. Eâ enim pelle, memoriæ cauſsâ, ut ferunt, pro indumento utebatur. Et eſt Αἰγίοχος, ut unus aliquis dixerit, αἰγίδοχος, *geſtator ægidis*, exploſo τῷ δ', ut hiatu magnificentior vox efficeretur, prout decet gravitatem. Verùm allegoria Jovem, aërem ipſum intelligit; ægidem verò, horrilicas aëris ipſius procellas, quibus ἐπαγόμενος, *magno cum impetu delabens*, poſitos infra homines exterret. Qua de re meliùs agemus, ubi mentionem ægidis Homerus facit. Τὸ ἴδω, ἴδης, ἴδη, *videam, videas, videat*, paſſivâ formâ effert Poëta. Dicit enim ἴδωμαι pro θεάσωμαι, *ſpectem*, & ἴδηαι, ac, per craſin, ἴδῃ, hoc eſt, θεάσῃ, *ſpectes*. Quale eſt: Ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ Ἀγαμέμνονος; *An ut injuriam ſpectes Agamemnonis?* Quin & invenitur tertia horum perſona, ἴδηται, *ſpectet*. Quibus conſentanea, ac conſequentia ſunt apud Atticos, τὸ ὑποιδόμενος, *ſuſpicatus*, & ἰδέσθαι, *ſpectare*, & alia hujuſmodi. Qui de re ambigit, perbellè uſurpaverit illud: Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω. τὸ δὲ κ) τετελέσθαι οἴω. *Sed tibi edicam, quod & perfectum iri puto*. Is verò, qui rem certam atque exploratam habet, jure dixerit: Ὧδε γὰ ἐξερέω. τὸ δὲ κ) τετελεσμένον ἔσται. *Sic enim edicam, quod & perfectum erit*.

CLXIII. Quem-

1. ἔστται) l. ἔσται. Salvinus.

2. τίπτε, αὐτὶ τοῦ, διατί ποτε) Ita *cur* per ſyncopen factum a *Quare*. Meam hanc ſententiam conſultus poſtea a me in Etymologico Voſſius confirmavit. *Salvin.*

3. ἕ ἐχὼν) præbitionem, exhibitionem, *Exhibere* apud veteres Juriſconſultos eſt *dare*. Salvin.

4. εἰς τὸν Περιηγητὴν) ad verſum 431. Polit.

5. αἰγίδοχος) Heſychius: αἰγιδόχος. ὁ τὴν αἰγίδα ἔχων. Polit.

6. διὰ ὄγκον χασμῳδῆ) De hiatu vocum, qui gravitatem addit orationi, conſule Demetrium Phalereum De elocutione. Salvin.

meo exemplo, parcere nolit, ac cedere.

CLXIV. Γλαυκῶπις, *cæsios oculos habens*, Minerva, non solùm graphicè, ac verè, tamquam quæ simpliciter cæsios oculos habeat; verùm etiam, ut unus aliquis diceret, adspectu terribilis, aptaque ad incutiendum metum, illarum ferarum instar, quæ glaucis sunt oculis. Glauci enim etiam leones, regium animal, terribilique obtutu oculorum. Quin & dracones nescio quis Poëta vocat γλαυκῶπας, *glaucis oculis præditos*. Itaque & γλαυκῶπις, *glaucis oculis prædita*, formidabilis est, juxta id, quod paullò ante dictum est, δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν. *terribilesque ei oculi visi sunt*. Præterea verò de industriâ fortasse fabula τὸ γλαυκὸν, *glaucum*, *seu cæsium colorem*, oculis τῆς Ἀθηνᾶς, *Minervæ*, attribuit, propter cognationem, quæ voci huic cum eâ intercedit, eumdemque omnino sensum, quem ipsa hæc vox, ex etymi explicatione, pariter atque illa, habet. Nam Ἀθήνη, *Minerva*, allegoricè dicta esse videtur ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν, *a videndo*, perinde quasi provideat ea, quæ sunt veluti in tenebris, ac futura. Atqui etiam τὸ γλαυκὸν, *glaucum*, *vel cæsium*, derivatum est ex γλαύσσω, quod est inspicio; & significat id, quod subcandidum est, & cerni facilè potest. Si igitur eadem τὸ γλαύσσειν, *inspicere*, & τὸ ἀθρεῖν, *videre*; ad eorum quoque exemplum, cognatione quodammodo se contingunt, quæ ex iis derivantur. Quocirca τὸ γλαυκῶπιν, *quod est cæsios oculos habere*, attributum est τῇ Ἀθηνᾷ, *Minervæ*, tamquam providenti deæ, id, quod vim habet videndi. Atque hac etiam de causâ familiaris est Minervæ ἡ γλαὺξ, *noctua*, non solùm quia noctu videt, sicuti & prudentia, juxta illum, cui dicta est prudentia, rectâ viâ in consiliis res obscuras dirigere; verùm etiam quia derivatur ex γλαύσσω, quod idem est, atque τὸ ἀθρῶ, *video*. Atque ita avium aliæ aliis sunt diis attributæ, ob cognationem, quam cum illis habent, vel quoad formam ipsam appellationis, vel quoad rationem eamdem agendi. Exempli

ρξδ'. Ὅτι γλαυκῶπις Ἀθηνᾶ, ὁ μύθος γραφικῶς, ὡς ἀπλῶς γλαυκὰς ἔχουσα τὰς ὀφθαλμούς, ἀλλὰ καὶ, ὡς ἄν τίποτις, δεινὴ τὴν ὄψιν, καὶ ἐκπληκτική, κατὰ τὰ γλαυκωπὰ τῶν θηρίων. [2] Γλαυκοὶ γὰρ καὶ οἱ λέοντες οἱ βασιλικοὶ, καὶ ἰδεῖν δεινοί. Καὶ δράκοντας δέ τις τῶν Ποιητῶν, γλαυκῶπας καλεῖ. Γλαυκῶπις δὲ καὶ [3] ἡ φοβερά, κατὰ τὸ παρὸ μικρὸν ῥηθὲν τὸ, δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν. Τάχα δὲ καὶ ἄλλως ὁ μῦθος ἐπῄτηδες τὸ γλαυκὸν ἔδωκε τῇ Ἀθηνᾷ ἀφορίσαι ὀφθαλμοῖς, διὰ τὸ πρὸς αὐτὴν συγγενὲς τῆς λέξεως, καὶ τὴν ἐξ ἀνεπτύξεως ἐτυμολογικὴν ταυτότητα. Ἀθήνη τε γὰρ ἀλληγορικῶς ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν ἡρῆσθαι δοκεῖ, ὡς προορῶσα τὰ οἷον ἐν σκότῳ, καὶ μέλλοντα. Καὶ [4] τὸ γλαυκὸν δὲ, ἀπὸ τοῦ γλαύσσω παρῆκται τὸ θεωρῶ, καὶ δηλοῖ τὸ ὑπόλευκον, καὶ εὐόρατον. Εἰ τοίνυν ταυτὰ τὸ γλαύσσειν, καὶ τὸ ἀθρεῖν, ἔχει πως συγγενῶς καθ' αὑτὰ καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν παραγόμενα. Διὸ τὸ γλαυκῶπιν ᾠκείωται τῇ Ἀθηνᾷ, ὡς ἀθρητικῇ βλεπτικόν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ [5] ἡ γλαὺξ οἰκεία τῆς Ἀθηνᾶς, ὁ μύθος, ὡς νυκτὸς ὁρῶσα, ὥσπερ καὶ ἡ σύνεσις, κατὰ τὸν ἀνώτατα, ὀρθῇ κελεύθῳ ἐν ταῖς βυλαῖς τὰ ἐν σκότῳ προηγεῖται· ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ γλαύσσω παραγωγὴν, ὅπερ ἐστὶ ταυτὸν τῷ ἀθρεῖν. Οὕτω καὶ ἄλλα τῶν ὀρνέων ᾠκείωται ἄλλοις θεοῖς, διὰ τὸν πρὸς ἐκείνους συγγένειαν, ἢ κατὰ τὸν τῆς κλήσεως τύπον, ἢ κατὰ ἐνεργείας ταυτότητα. οἷον, [6] ἡ ἴυγξ τῷ

Rom. p. 87.

1. ὀγήνωρ ἔστιν ὁ κατὰ φύσιν) Alioquin ὀγήνωρ est valdè vir, fortis, magnanimus, magnificus. *Salvinus*.

2. Γλαυκοὶ γὰρ καὶ οἱ λέοντες) Catull. *felus in Libyâ, Indâque tosâ Cafo veniam obvius lemi*. Salvinus.

3. ἡ φοβερά) Hesychius: Γλαυκῶπις, φοβερὰ ὡς τὸ ὀρθόδους. Polit.

4. τὸ γλαυκὸν δὲ ἀπὸ τοῦ γλαύσσω) Etymologus: παρὰ τὸ γλαύσσω γλαυκός· ὡς λείπω λιπός. Polit.

5. ἡ γλαὺξ οἰκεία τῇ Ἀθηνᾷ) In numis Athenienſium Noctua cum litteris ΑΘΕ, ideſt, Ἀθηναίων, nonnum inventâ litterâ Η, pro Ἀθηναίων. Proverbium idcirco Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας. *Noctuam Athenas*. Salvinus.

6. ἡ ἴυγξ τῷ Ποσειδῶνι) Athenæus l. 7. c. 21. Τὴν ἴυγγα δὲ καλαμεῖνον Ποσειδῶνι τινὲς οἰκεῖσθαι. Ex his Ariſtophanes Avibus v. 567. Ibidem Scholiaſta: Νῦνα δὲ φασὶ τὸ ὄρνεον τοῦτο ἐνυδρεῖον τὸ ζῶον. τῷ Ποσειδῶνι δὲ ὡς ὑγρῷ ἀδίαφον. Politus.

τον διὰ τὸ ᾠδικὸν, ᾗ μαντικὸν ἀφιέρωται, ἀλλὰ ᾗ διὰ τὸ λευκόν· ὅπερ ἐκ τῆ λεύσειν, ἤτοι βλέπειν παράγεται. ὅπερ Ἀπόλλων ἐστὶ παραίτιος. ὅθεν ᾗ Δήλιος ἐπιθετικῶς ὀνομάζεται, [5] ὡς δῆλα, ᾗ εὔρατα πάντα ποιεῖ. Καὶ ἀετὸς δὲ τῷ Διΐ, ἅτα τῷ αἰθερίῳ ἀέρι, ἀπέρωται, ᾗ μόνον, ὡς τελείῳ τέλειος, ᾗ ὡς ὑρατίῳ ὑψιπέτης· ἀλλὰ ᾗ διὰ τὴν κατὰ ῥῆσιμα κοινωνίαν. Ἀετός τε γὰρ, ᾗ ἀὴρ, ἄμφω παρὰ τὸ ἄω τὸ πνέω, δοκεῖσι παράγεσθαι. Οἰκεῖος δέ πως ᾗ λάρος Ἑρμῇ, ᾗ μόνον, [6] ὡς Ἀργειφόντῃ λευκὸς, ἀλλὰ ᾗ κατὰ τὸ παρωνυμῶν ῥόπον· ἢ διὰ τῆ τῆ λόγῳ γλυκύτητι. ὅ, τε γὰρ λόγος, πρᾶγμα λαρὸν, ἤγουν ἡδύ, ᾗ ὁ λάρος δὲ, παρὰ τόπον ἐκπέφευγε τὴν πρὸς τὸ λαρὸν συνέμπτωσιν. Καὶ, ἵνα μὴ πολλοῖς ὁμοίοις ἐπεξιόντες, περιττὰ σοφιζώμεθα, ἅτα ᾗ γλαυξ οἰκεῖον τῇ ἀθρητικῇ Ἀθηνᾷ, διὰ τὴν πρὸς τὸ ἀθρεῖν τῆ γλαύσσειν ταυτότητα.

ρξέ. Ἵνα δε τῶν ὀρνίθων ἀφέμενοι, ᾗ ὑποκαταβάντες γενώμεθα ᾗ τῶν ὠδὶ γῆν, ἅτα ᾗ ἄλλα τινὰ τισὶν ἀτάκτηται διὰ ὁμοίας αἰτίας. οἷον, [7] Διονύσῳ κισσός. κισσητὸς γὰρ ὁ οἶνος, [8] ἕ δοτὴρ ὁ Διόνυσος. [9] Νάρκισσος, Ἐριννύσι σεφάνωμα. [10] Νάρκισσός τε γὰρ ἐκ τῆ ναρκᾶν παρηχῆται, ᾗ [11] τὸ ναρκᾶν Ἐριννύες τοῖς κακούργοις

CCXXXIII. Sæpe fit in secundis Circumflexorum Verborum Conjugationibus, ut, post synæresin, quemadmodum antea scriptum est, nunc per pleonasmum addatur τὸ ὁ parvum, nunc verò τὸ ἀ breve. Ut, post synæresin, seu contractionem τοῦ ὁρᾶν, per pleonasmum τῆς ὁ, fit ὁρῶν, ideſt, *videns*. Aliàs verò in τῷ ὁρᾷ, *videt*, additum ex pleonasmo τὸ ἀ breve ante ultimam, fecit τὸ ὁράᾳ. Atque ita Ἠιόνες βοῶσι. *Littora clamant*. &, κῦμα βοᾷ ποτὶ χέρσον. *fluctus boat ad terram*. Videtur antiquitus vinum fuisse colore nigro, quum nondum luxuries tum alba, tum gilua, tum odorata vina, exqui-

Σλγ'. Ὅτι πολλάκις ἐν ταῖς δευτέραις συζυγίαις τῶν βαρυτόνων, μετὰ τὴν συναίρεσιν, ὡς καὶ πρὸ τούτου ἐγράφη, πλεονάζει ποτὲ μὲν τὸ ὁ τὸ μικρὸν, ποτὲ δὲ τὸ ἀ τὸ βραχύ. οἷον, μετὰ τὴν συναίρεσιν τοῦ ὁρᾶν, [3] πλεονάσαντος τοῦ ὁ, γίνεται ὁρῶν ὁ βλέπων. Ἄλλοτε δὲ ἐν τῷ ὁρᾷ, πλεονάσαν τὸ βραχὺ ἀ πρὸ τῆς ληγούσης, τὸ ὁράᾳ ποιοῦσιν. Οὕτω καὶ Ἠιόνες βοῶσι. καὶ, *Rom. p. 116.* [4] κῦμα βοᾷ ποτὶ χέρσον. Ὅτι ἔοικε τὸ παλαιὸν ὁ οἶνος μέλας εἶναι τῷ χρόνῳ, μήπω περιεργασαμένης τῆς τρυφῆς, τάς τε λευκὰς, καὶ τὰς κιρ-

tem admodum lacrymantur viri. Hoc igitur loci Achilles, ablatâ Briſeide, lacrymatur. Et paullò poſt, cum matrem invocat, effundit lacrymas, & graviter ſuſpirat. Quin infra profundit lacrymas Agamemnon, veluti fons, qui nigrantibus aquis manat. Itemque alicubi Patroclus, ut infans puella, lacrymatur. Et plerique alii heroës ſimiliter faciunt. Deinde, ut ajunt veteres, nihil novi eſt, quòd Achilles, graviter nunc dolens, lacrymetur, quum ægritudine animi laboret. Non enim ab omni perturbatione liber, vir bonus, ac ſapiens; ſed in omni perturbatione, permotioneque animi, moderatus. Satis autem is habet, non vindicare ſibi, vel retinere Briſeidem, nec quidquam gravius contra legatos aut dicere, aut facere. Sin lacrymatur, moderata hæc eſt perturbatio, neque admodum reprehendenda. Et eum tamen hac in re ſui ipſius pudet. Quare & ſeorſum a ſodalibus ſuis ſedet, dum eâ de cauſâ lacrymatur, quòd honore privatus fuerit. Non enim adoleſcens iſte mulieris ſtudio ducitur, ſed honoris. Quamquam Sophocleus ille Ajax ne propter maxima quidem mala ſit lacrymatus. Eſt enim ille gravi, magnoque animo præditus, ac propemodum furioſus.

1. Οὐ γὰρ ἀπαθὴς ὁ σπουδαῖος) Quod ita Heroles Atticus contra ἀπάθειαν Stoicorum explicabat, auctore A. Gellio lib. 19. c. 12. ut *nullus affectum homo, qui ſecundum naturam ſentiret, & ſaperet, affectionibus iſtis animi, quas πάθη appellabat, ægritudinis, cupiditatis, timoris, ira, voluptatis, carere, & vacare totis poſſet, & omnino non dolere*. Politus.

2. ἀλλὰ μετριοπαθὴς) Ex mente Peripateticorum, *qui perturbari animos neceſſe eſſe dicunt; ſed adhibent modum quemdam, quem ultra progredi non oporteat*. Politus.

Ariſtoteles, quemadmodum & Pythagorici, μετριοπάθειαν, ideſt, perturbationum animi, ſeu affectuum moderationem volebant, Stoici ἀπάθειαν, ſive eorum vacuitatem. *Salvinus*.

3. πλεονάσαντος τοῦ ὁ) Hom. de Poëtâ ait. Ἐρχόμενον δ' εἶδε ἀοιδόν, θεὸν ὡς, ἀντίον ἦα. *Incedentem per oppidum, tanquam Deum, intuemur*. Salvin.

4. κῦμα βοᾷ) Homerus, κῦμα τόνον βοᾷ. Polit.

arenam in fundo habet albam, atque ita cærulei coloris ſpeciem repræſentat. Similiter etiam canum mare, non univerſum; ſed quod littori adhæret. Nigrum porrò mare, quod purè merèque eſt hujuſmodi. Purpureum verò, cyaneum, & vineum, differentiæ ſunt nigroris, ſicuti etiam τὸ ἀνηρὸν ὕδωρ, *atra*, *vel obſcura aqua*. Quando ergo mare nigrum dicitur, vel purpureum, vel quid ejuſmodi; epitheton tunc illud veluti a partibus ad totum devolvitur.

CCXXXIV. Hîc autem animo reputandum eſt, ut; ſicuti in Odyſſeâ Ulyſſes, a patriâ ſuâ peregrinatus, ſedet in littore lugens, oculoſque eò intendens, unde ſit ipſe domum navigaturus; ita & hoc loci ſedeat Achilles in littore, intentis defixiſque oculis in mare, tamquam ſi viſu ipſo in patriam redeat; &, licet corpore præſens adſit apud Trojam; cogitatione tamen Phthiam intueatur. Præterea liberum eſt, atque integrum ſic lugere, citra cujuſquam reprehenſionem, nemine uno vidente. Indecorum enim eſt, ac turpe, ut in conſpectu multorum heros propter Briſeidem lacrymetur. Quin & hîc Poëta cum ſimilitudine veri viam ſibi munit ad id facilè fingendum, quod narrat, Achillem, ſeorſum ab aliis, cum matre Thetide collocutum fuiſſe, quæ ex mari prodierit. Ubi ſciendum id, quod perhibent fabulæ de canâ aquâ maris, vetulam hanc eſſe, ut & ſenex eſt Nereus: iisdemque etiam fabulis Græas, ſeu vetulas quasdam fingi marinas deas jam inde ab incunabulis, atque ab ortu canas: cujuſmodi verè cycnus paſſim celebratur, ut alibi expoſitum eſt. Conſtat porrò, epitheton hoc, πολιὰ, *cana*, aliis quidem rebus attribui; ſed proprium tamen eſſe comæ, ſeu capillorum. Satis enim eſt, pro canis capillis, dicere tantummodò canos.

CCXXXV. Sor-

δὲ ἡ κῦ ἀβαθὴς, κῦ ἅμμον δὲ ὑποκιμένην ἔχυσα λευκὴν, κῦ οὕτω χρῶμα γλαυκὸν παραγαζυσα. Καὶ πολιὰ δὲ θάλασσα ὁμοίως, ἀ πᾶσα· ἡ πρὸς τῷ ἀγιαλῷ δὲ. Μέλας δέγε πόντος, ὁ ἀκράτως τοιῦτος. Τὸ μέντοι [2] πορφύρεον, κῦ ἰὸ κυάνεον, κῦ ἰὸ οἰνωπὸν, διαφορὰ μελανίας, ὥσπερ κῦ τὸ ἀνοφερὸν ὕδωρ. Ὅτε τοίυν πόντος μέλας, ἢ πορφύρεος, ἤ τι τῶν τοιούτων λέγεται, ὡς ἀπὸ μερῶν ἐς τὸ πᾶν τὸ ἐπίθετον φέρεται.

σλδ'. Ἐνταῦθα δ' ἐνθυμητέον, ὡς, καθὰ Ὀδυσσεὺς ἐν Ὀδυσσείᾳ, τῆς πατρίδος ἀπολημῶν, ἐκάθητο παρὰ τὸν ἀγιαλὸν πενθῶν, κῦ τὰς ὀφθαλμὰς διατείαιν'ων ἐκεῖ, ὅθεν ὁ πλοῦς αὐτῷ ἔμελλεν οἴκαδε γίνεσθαι· οὕτω κῦ Ἀχιλλεὺς ἐνταῦθα ἐκάθητο παρὰ τ' ἀγιαλὸν, ὁρῶν ἐπὶ πόντον, κῦ ἀπορωτέων οἷον τῇ θεᾷ ἡς τὸν πατρίδα, κῦ σώματι μὲ, ἐν τῇ Τροίᾳ παρών· [3] τῇ φαντασίᾳ δὲ, τὸν Φθίαι ὁρῶν. Ἔχι δὲ κῦ ἄδηλον οὕτω πενθῆν ἀμέμπτως, μηδενὸς ὁρῶντος. ἀπρεπὲς γὰ, ἐν ὄψι πολλῶν διὰ τὸν Βρισηίδα δακρύειν τ' ἥρωα. Προεικονομῆ δὲ πιθανῶς ἐνταῦθα ὁ Ποιητὴς κῦ τὸ ἐντυχῆν εὐπλόκως καταμόνας τ' Ἀχιλλέα τῇ μητρὶ Θέτιδι, ἐκ θαλάσσης ἐλθούσῃ. Ἰστέον δὲ, ὅτι πολιὰν ἅλα ὁ μῦθος λέγει τὸν γραῦν, καθὰ κῦ τ' Νηρέα γέροντα. Ὁ δ' αὐτὸς, κῦ γραίας τινὰς πλάττει θαλασσίας δαίμονας πολιὰς ἐκ γενετῆς, καθὰ κῦ ὁ τῆς ἱστορίας κύριος πέπαιδευται, ὡς ἐν ἄλλοις δεδήλωται. Δῆλον δὲ, ὡς ἐσὶ μὲν ἄλλων τινῶν, ἐσίθελον ἡ πολιά· ἐσὶ δὲ ἡμῶν, ἰδιάζει. ἀρκῆ γὰ αὐτὴ πολιῶν ἡμῶν, πολιὰς μόνον ἐχῶν.

σλέ. Ὅτι

1. Μίλανθος, Ποσειδῶν παρὰ Λυκόφρονι) Melanthus, dictus Neptunus apud Athenienſes, ut notat ad Lycophronem Tzetzes. *Politus.*

Sic Pluto dictus ἀγυιεὺς, *quaſi populorum dux*. Salvin.

2. πορφύρεον) Ἐκαβε πορφύρεος δαίμων τὴ μοῖρα πρατεῖν. *Purpurea excepit mors hunc, robuſtaque Parca.* Homerus. purpureus, ideſt, *atra*. *Abſtineas avidas, mors, precor, atra manus*. Tibull. Salvinus.

3. τῇ φαντασίᾳ ἡ, ἢ Φθίαν ὁρῶν) Plautus de amantibus. *Ubi non ſum, ibi eſſe animus*. Salvin.

χιλλέως τὸ, μινυθάδιος, ἡ μήτηρ μετ' ὀλίγα τὸ μινυθαδέστερον, ὠκυμορώταλον αὐτὸν ἐρῆ. Σημήνασι δὲ, ὅτι ἀεὶ ἐπὶ χρόνου λέγεται τὸ μινυθάδιος, ὡς τὸ, μινυθάδιος δέ οἱ αἰὼν ἔπλετο. ἦγουν ὀλίγη, καὶ βραχεῖα ἡ ζωή.

Vat. p. 88. Τιμὴν πέρ μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης. νῦν δ' οὐδέ μι τυτθὸν ἔτισεν.
Ἦ γάρ μ' Ἀτρεΐδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων
Ἠτίμησεν. ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας, αὐτὸς ἀπούρας.
Ὣς φάτο δακρυχέων· τὸν δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ,
Ἥμενη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι.
Rom. p. 117. Καρπαλίμως δ' ἀΐδηλον ἁλὸς πολιὴν ἀλάλητο,
Καί ῥ' ἐκ πόρου αὐτὸν καθέζετο δακρυχέοντος·
Χερσὶ τέ μιν κατέρεξεν, ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὀνόμαζε·
Τέκνον, τί κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος;
Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα πάντες δείομεν ἄμφω.
Τὼ δέ, βαρυστενάχων, προσέφη ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.
Οἶσθα, τίη τοι ταῦτ' ἀδύρῃ πάντ' ἀγορεύω;
Ἤλυθ' ἐς Οὐδῶ, ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος.
Τὴν δὲ διαπράθομέν τε, καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα.
Καὶ τὰ μὲν εὖ δάσσαντο μετὰ σφίσιν υἷες Ἀχαιῶν.
Ἐκ δ' ἕλεν Ἀτρεΐδῃ Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον.

Honorem saltem mihi debebat Olympius tribuere
Jupiter altitonans. Nunc autem me minimùm quidem me honoravit.
Certè enim me Atrides latè regnans Agamemnon
Injuriâ affecit. ablatum enim habet præmium, quod ipse abstulit.
Sic dixit lacrymans: eumque audivit venoranda mater,
Sedens in profundo maris apud patrem senem;
Statimque emersit e cano mari, seu nebula,
Et ante ipsum sedit lacrymas fundentem;
Manuque eum demulsit, verbaque fecit, & compellavit:
Fili, quid ploras? & quis tuam mentem invasit luctus?
Eloquere, ne tegas animo, ut sciamus ambo.
Hanc verò, graviter suspirans, allocutus est pedibus velox Achilles:
Nosti, cur tibi hæc scienti omnia dicam?
Iverimus Theben, sacram urbem Eetionis,
Hanc diripuimus, & adduximus huc omnia.
Et hæc quidem rectè divisérunt inter sese Achivi,
Selegeruntque Atridæ Chryseidem pulchras genas habentem.

σλς'. Ὅτι ἐπὶ ἀτιμολυχίᾳ ὀφειλομένης τιμῆς, ἔστιν εἰπεῖν τὸ, Τιμὴν πέρ μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι. τὸν δ' οὐδέ με τυτθὸν ἔτισεν. Ἔστι δὲ τυτθὸν τὸ μικρὸν, ἐκ μεταφορᾶς, φασὶ, [2] τῶν ὑποτιτθίων, ἤγουν ὑπομαζίων, βρεφῶν, [3] τροπῇ συιῶτα τοῦ ῐ εἰς τὸ ὑ. Ἐκ δὲ τοῦ τυτθὸν γίνεται καὶ ὁ Τυδεύς, ὁ μικρὸς τὸ δέμας, καθὰ συγγένειαν τοῦ θ' καὶ τοῦ δ', ἣν δηλοῖ σὺν ἄλλοις μυρίοις καὶ τὸ, Προμηθεύς, καὶ Ἐπιμηθεύς, γινόμενα [4] ἐκ τοῦ μήδω· καὶ τὸ μηδὺς, μηθὺς· καὶ τὸ ὐδενῶ, ἐξουδενῶ.

σλζ'. Ὅτι ἐν ἄλλοις μὲν, [5] δαίμονά τινα καταδυομένην εἰς τὴν θάλασσαν, μολυβδαίνῃ ἀκάστῃ.

CCXXXVI. Si debitum tibi honorem minimè consequaris, usurpare licet illud: *Honorem saltem mihi debebat Olympius tribuere. Nunc verò ne parum quidem me honoravit.* Ubi τυτθὸν idem est, ac parvum, seu pusillum, ductâ metaphorâ, ut ajunt, ἀπὸ τῶν ὑποτιτθίων βρεφῶν, *ab infantibus adhuc lactentibus*, videlicet os adhuc mamillæ admoventibus, mutatâ pro more literâ ῐ in ὑ. Atque ex τυτθὸν fit ὁ Τυδεὺς, *Tydeus*, pusillo vir corpore, pro cognatione, quæ intercedit litteræ θ' cum δ'. quam cognationem cum innumeræ aliæ voces manifestam faciunt, tum etiam τὸ Προμηθεὺς, *Prometheus*, atque Ἐπιμηθεὺς, *Epimetheus*, nomina profecta ex μήδω, *curam gero, cogito, delibero*. itemque τὸ μηδὺς, μηθὺς, *nemo, nemo unus*; & τὸ ὐδενῶ, ἐξουδενῶ, *nihili facio*.

CCXXXVII. Alibi postea unam aliquam deam, sese in mare immergentem, plumbeæ glandi

1. τὸ τυτθὸν) f. τὸ τυτθόν. Salvinus.
Rectum est τὸ τυτθὸν, sive terminatione Atticâ, τυτταῖ. Suidas: Τυτταῖ. δακτυλικὸς, ἀντὶ τοῦ μικρόν. Frequens ea vox apud Aristophanem. *Polites.*
2. ἐξ ὑποτιτθίων) Etymologus: ὑποτίτθια παιδία, τὰ βρέφη. Polit.
3. τροπῇ συιῶτα τοῦ ῐ εἰς τὸ ὑ) Lat. *optimus optumus. inclitus inclutus.* Salvin.
4. ἐκ τοῦ μήδω) quod in usu est μέδομαι. Polit.
5. δαίμονά τινα) Iria, lib. ϛ Il. Polit.

καταβάλλεται, *dejicitur*: & maximè, ſiquis conſideret, ut is, qui fodit, dicatur ἀναβάλλειν, *rejicere*, videlicet, egeſtam terram ſurſum verſum jacere, vel projicere. contraquam ſe habet τὸ καταβάλλειν, *injicere*, *vel dejicere*. Prima porrò apud Poëtam brevis comparatio illa eſt: *ceu nebula*. De comparatione autem fuſiùs dicemus ad librum ϛ'. Ceterùm Æolicè tenuatur τὸ, ὀμίχλη, *nebula*, ut manifeſtum eſt ex ſynalœphe hujus loci. Dicit enim, πὔτ' ὀμίχλη. *ceu nebula*. Ad hæc etiam Jonicè ſpiritum habet tenuem: quamquam communiter denſetur, ducto nomine παρὰ τὴν ὀμοῦ ἅλησιν, *ex eo, quòd ſimul circumagatur*. Sunt tamen, qui aliâ id ratione tenuant ab ἀχλύω, *obtenebrare*, *atque offuſcare*: quia per nebulam ἀχλύονται ὄμματα, *obtenebrantur oculi*, & *caligant*. Eſt autem τὸ πύτε, *ceu*, adverbium comparationis, æquè valens, atque τό, καθά, *ſicut*, *tamquam*, *veluti*, & alia hujus generis: excepto quòd illa prorſæ ſunt orationis, & communia; hoc verò accommodatum eſt Poëtis, ſicuti etiam τὸ ὥς, *ceu*, quod adverbium pariter eſt comparationis, ut in libro γ' palam facit illud: Εὖτ' ὄρεος κορυφῇς. *Ceu cum montis verticibus*. ex quo item fit τὸ ὅτε. Eſt enim εὖ, & per dialyſin, ἐύ, & per ecſtaſin, ſeu productionem litteræ, εὑ, & cum particulâ explente, εὔτε. quemadmodum etiam ex ὡς fit ὥστε, ut ſupra dictum eſt. Neque ſeciùs, quàm adverbium hoc εὔτε, & πύτε, *ceu*, Poëticum comparationis adverbium eſt τὸ, ὥπερ, pro *quomodo*, *vel quemadmodum*, juxta Grammaticos; itemque τὸ ὥστε, *quomodo*, *ſicuti*. ut, verbi cauſſâ: ὥστε χερνῆτις γυνή. videlicet, ὡς χερνῆτις. *ſicut operaria mulier, quæ nendo victum quæſivit, ſeu manibus quæſtum fecit*. hoc eſt, humilis, atque abjecta, ut lanifica illa Homerica. Adverbia autem illa ſic formantur, juxta Herodianum, ut ex ὥσπτε, & ὥσπερ, *veluti*, *tamquam*, *quemadmodum*, rejectâ litterâ σ', & craſi τῦ ὥ, & ε' in diphthongum ῳ', propter ſynæreſin τῦ ε', fiant ὥπτε, & ὥπερ. At verò de dialyſi τὸ εὖτε in τὸ πύτε dicemus in ſequenti libro. Ceterùm, quod ſcire oportet, quemadmodum dicitur ὀμίχλη, *nebula*, per ι'. ita & κίχλη, *turdus*,

&

ὡς μάλιστα, ἤ τις ἐστὶ τῶν λάθροι, ὡς ὁ ὀρύσσων, ἀναβάλλων, ἤγουν ἄνω ῥίπτων, λέγεται ἡ χθών. ἢ ἀνάπαλιν ἔχει τὸ καταβάλλειν. Πρώτη δὲ παρὰ τῷ Ποιητῇ παραβολὴ σύντομος, ὑ τὸ, πὔτ' ὀμίχλη. ὡδὶ δὲ παραβολῆς ἐν τῷ β' ῥαψῳδίᾳ πλατύτερον ῥηθήσεται. Λέσβιοι δὲ ψιλοῦσι τὸ, ὀμίχλη, ὡς δῆλον ἐκ τῆς ἐνταῦθα συναλοιφῆς. Φησὶ γὰρ, πὔτ' ὀμίχλη. Ἔτι δὲ καὶ Ἰωνικῶς ἔχει τὸν ψιλόν. καιρὸς δέ γε διασύρεσθαι παρὰ τῶν ἐμῶν ἥλησιν. Εἰσὶ δὲ, οἳ καὶ ἄλλως ψιλοῦσιν αὐτὸ παρὰ τὸ ἀχλύειν, δι' ἧς ἀχλύονται ὄμματα. Ἔστι δὲ τὸ πύτε, παραβολικὸν ἐπίῤῥημα, ἰσοδυναμῶν τῷ, καθὰ, καὶ τοῖς τοιούτοις· τῶν ὅσον, ἑκάτερ μέν, λοιπὰ πεζῇ, καὶ κατά· ἔστι δὲ Γοητείας εὔχρηστον, ὡς καὶ τὸ εὖ, ὃ καὶ αὐτὸ παραβολῆς ἐστὶν ἐπίῤῥημα, ὡς δηλοῖ τὸ, Εὖτ' ὄρεες κορυφᾶς, ἐν τῇ γ' ῥαψῳδίᾳ. ἐξ ἧς καὶ γίνεται τὸ πύ. εὖ γὰρ, καὶ, κατὰ διάλυσιν, εὑ, καὶ, κατ' ἔκτασιν, εὐ, καὶ μετὰ παραπληρώσεως, πύτε. ὥσπερ καὶ εὖ εὖτε, καθὰ προέφημεν. Οὐχ ἧσσον δὲ τὸ, εὖτε, καὶ πύτε, Γοητικὸν ἐπίῤῥημα παραβολικὸν τό, ὥπερ, ἀντὶ τοῦ καθὰ, κατὰ τὰς Τεχνικάς· καὶ τό, ὥστε, οἷον, ὥστε χερνῆτις γυνή. ἤγουν, ὡς χερνῆτις, ὅ ἐστι, ταπεινή, ᶜ καλὰ τὰ Ὁμηρικὰ ἔριθον. Γίνεται δὲ, καλὰ Ἡρωδιανόν, ὕστος. ὡσήτε, καὶ ὡσήπερ, καὶ ἀποβολῇ τοῦ σ', καὶ κράσει τοῦ ω καὶ ε εἰς τὸ ῳ διῤῥόγγον, διὰ τὸ τὴν ι' συναίρεσιν, ὥστε, καὶ ὥπερ. Περὶ δὲ τῆς διαλύσεως τοῦ εὖτε εἰς τὸ πύτε, ἐν τῇ ἑξῆς ῥαψῳδίᾳ ῥηθήσεται. Ἰστέον δὲ, ὅτι, καθάπερ ὀμίχλη διὰ τοῦ η, ὕτω καὶ κίχλη, καὶ ζεύγλη, καὶ τρίγλη, ὡς ἀρέσκον ἐστὶν

1. ὁ ἅλιος δύεται) Hinc *δύσις*, & *δύσιμος*, *ſolis occaſus*. Salvinus.

2. ἀναβάλλεσθαι) Hinc Venus *Anadyomene*, ſeu emergens. de qua Anacreon, & epigrammata in Anthologiâ. *Salvius.*

3. τὸ ἀναβάλλεσθαι) Lat. *tergiverſari*. *procraſtinare*. Salvius.

4. τὸ, πὔτ' ὀμίχλη) Demoſth. τῶν τὸ ψήφισμα παρελθόντων ἐτέθησαν, ὅπερ νῦν. *hoc plebiſcitum, ſive decretum, tranſire ſcite tamquam nubem*. locus ab Hermogene paſſim laudatus. *Salvius.*

5. κερατὰς) Poëta, κερατέας. Polit.

6. κατὰ τὴν Ὁμηρικὴν ἔριθον)

Ἦ τε ταλάντου ἔχουσα ἠμὲν ἔριον ἀμφὶς ἀνέλκει
Ἰσάζουσ', ἵνα παιδὶ ἀμοιρίδιον μισθὸν ἄρηται.

Sic Apollonio γυνὴ χερνῆτις, ὅπερ παλαιόν ἐστιν μίσθιος. Politus.

ποτε, καρρέζων. ὅθεν τὸ καρρίζουσα ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρεῖ ὁ Ποιητής. Διὸ καί τινες, παρὰ τὸ καλὰ προθεσιν, καὶ τὸ ἕζειν, σὺν τῷ ῥᾳ συνδέσμῳ, γενέσθαι καταρέζειν, τὸ οἱονεὶ συγκαθίζειν λεαντικῶς τῇ καταψήσει τὰ ἐσανιστάμενα. Κοινῶς δὲ, κατέρεξε δι' ἑνὸς ῥ ἤρηται, ὡς καὶ τὸ, ἔρεξεν, ἐν ᾧ, Τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξεν; Ἀττικῶς γὰρ, διὰ δύο ῥῥ τὰ τοιαῦτα προφέρονται. Τὸ δὲ ἐξονομάζειν, οἱ μὲν, ἀντὶ τοῦ ἐξ ὀνόματος ἐκάλει φασίν. ὅπερ ἐν πολλοῖς οὐκ ἀληθὲς εὑρεθήσεται, ὥσπερ οὐδὲ ἐνταῦθα. Οὐ γὰρ Ἀχιλλέα προσφωνεῖ τὸν υἱὸν ἡ Θέτις ἐξ ὀνόματος, ἀλλὰ, τέκνον, φησὶ, τί κλαίεις; Οἱ δὲ ἀκριβέστεροι, ἀντὶ τοῦ, ἐλάλησεν ἀπλῶς. ὡς ἦναι ἐκ παραλλήλου ταυτὰ, ὅ, τε ἔφατο ἔπος, καὶ τὸ ἐξονόμαζεν. ὥσπερ καὶ ἐν τῇ σ' ῥαψῳδίᾳ φησί· διαπέφραδε, καί μοι ἔνισπε. Καὶ ἐκεῖ γὰρ τὸ φράζειν, καὶ τὸ ἰδεῖν, τὸ αὐτὸ ἐκ παραλλήλου ἐστί. Καὶ ἄλλως δὲ ἰδεῖν, καλὰ ἰδὼς παλαιὸς, ἐξονομάζειν ἐστὶ τὸ διεξοδικῶς λέγειν, ἤτοι μὴ μετρίαις τισὶ λέξεσιν, ἀλλὰ λόγῳ χρᾶσθαι, τῷ ἐξ ὀνομάτων πολλῶν συγκειμένῳ, ἤτοι ἐκ λέξεων. ὄνομα γὰρ, καὶ ῥῆμα παρὰ τοῖς ῥήτορσι, πᾶσα λέξις ἐλέγετο. Τὸ μέντοι ὀνομαστὶ καλεῖν, ὀνομάζειν, καὶ ἐξονομάζειν λέγεται, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς φανήσεται.

σλθ'. Ὅτι γεροντικόν τι πρόσωπον, ἢ ἀνακρίνει τινὰ νεώτερον, τί παθὼν, φειδῇ, καλῶς ἂν εἴποι τὸ, Τέκνον, τί κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος; Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἰδομεν ἄμφω. Ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ τὰ λυπήματα ἐκτιθέναι ὡς διάγνωσιν, κηδεμονὸν ποιεῖται τῆς λύπης. Διόπερ ἐνταῦθα ἡ Θέτις τὸν υἱὸν ἐρωτᾷ, τί κλαί-

itemque per ſyncopen aliquando, καρρίζειν. unde infra apud Poëtam τὸ καρρίζουσα, *demulcens*. Quocirca etiam nonnulli καταρίζειν factum exiſtimant ex præpoſitione κατὰ, & verbo ἵζειν, *ſedere facere, vel in ſede collocare*, inſertâ conjunctione ῥᾳ. perinde quaſi ſit, levigando demulcendoque, ſedere ſimul eos facere, qui aſſurrexerunt. Cererùm dictum eſt κατέρεξε cum unico ῥ, pro uſu linguæ communis: ut & τὸ ἔρεξε, *fecit*, eo loci, quo dicit: Τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξε; *Quis tibi talia fecit?* Atticè enim per duo ῥῥ, verba ejuſmodi proferuntur. Porrò τὸ ἐξονομάζειν, alii ſic intelligunt, ut idem ſit, atque, *ex nomine vocavit*, quod paſſim quidem minimè verum eſſe comperiemus, ut neque hoc loci. Non enim filium ſuum Thetis Achillem ex nomine compellat; ſed: *Fili*, inquit, *quid ploras?* Alii verò peritiores id ita generatim accipiunt, ut perinde ſit, ac *locuta eſt*. ita ut per paralleliſmum eadem hæc ſint inter ſeſe, τὸ ἔφατο ἔπος, *verbum dixit*, & ἐξονόμαζε, *compellavit*. quemadmodum etiam loquitur in libro σ· διαπέφραδε, καί μοι ἔνισπε. *expoſuit, & mihi dixit*. Nam & eo loci τὸ φράζειν, *exponere*, & ἰδεῖν, *dicere*, per paralleliſmum idem ſunt. Præterea verò, ut cum veteribus loquar, ἐξονομάζειν eſt fusè, ac copiosè dicere, ſive non paucis quibusdam vocibus; ſed ſermone ut', ex nominibus multis compoſito, videlicet ex vocibus. Nomen enim, & verbum apud Oratores, vox omnis nuncupabatur. Verumtamen nomine vocare, ὀνομάζειν, & ἐξονομάζειν dicitur, ut deinceps videbimus.

CCXXXIX. Proveſtâ quis ætate, ſi unum aliquem adoleſcentem interroget, quid umquam mali paſſus ſit, ut ideirco lugeat; perbellè uſurpaverit illud: *Fili, quid ploras? & quis tuam mentem invaſit maror? Dicito, ne tegas animo, ut ſciamus ambo*. Ubi ſciendum, leviorem mitioremque dolorem fieri, ſi doloris ipſius cauſſa commemorando explicentur. Quocirca hîc Thetis ex

1. ἵζουσα) l. ἵξουσαν. Polit.

2. ἵζω) Alii ἵδω. Moſchopulo ἵζειν τὸ φράττειν, καὶ τὸ δύειν. ὥσπερ δὲ κατέρεξεν οἱονεὶ ἐπέτριψεν. Polit.

3. ἵνα εἰδομεν ἄμφω) Plautus in Pſeudolo, ex Homero hauſit illud Pſeudoli ſervi ad Calliderum adoleſcentem. *Si ex te tacente fieri poſſem certior, Here, quæ te miſeria tam miſerè macerant, Duorum ego hominum laborem paſſim lubens Mei, te rogandi & tui, reſpondendi mihi. Sed quoniam id fieri non poteſt &c. Eloquere, ut quod ego neſcio, id tecum ſciam.* ἵνα εἰδομεν ἄμφω. Salvinus.

aem, *quoniam*, *poſtquam*, per pleonaſmum fit ἐπεὶ, ut, verbi gratiâ, ἐπεὶ πολὺ φέρτερόν ἐστι. *quoniam multò melius eſt*: ſic etiam τὸ τί, *quid*, fit τίπ. veluti, τίπ' τοι ταῦτα νῦν ἀγορεύω; *Quid tibi hæc ſcienti commemorem?* Verùm obſerva, ut veteres in τῷ, ἐπεὶ, quemadmodum ſuora dictum eſt, circumflectant τὸ ί deſinentis ſyllabæ: quum hîc tamen eamdem litteram, inclinato, ſeu rejecto in præcedentem ſyllabam accentu, gravent, ut in Apionis, & Herodori commentariis traditur. Quamquam Attici accentu acuto dicant τίπ, *quid*, & ὅτιπ, *quod*. Manifeſtum autem eſt, per epectaſin quamdam reperiri in his vocibus τὸ ί· diverſam tamen ab epectaſi, quæ ineſt in τῷ νυνί, *nunc*, atque in aliis vocibus hujus generis. Quod ſequitur: *Ivimus Theben, ſacram civitatem Eetionis*, &c. hiſtoria eſt rei, ante omnino geſtæ, quàm Achilles iraſceretur. Etſi enim Homerus ab irâ illâ eſt exorſus; attamen permultas alias hiſtorias rerum, quæ antea contigerunt, & quæ tum Trojani, tum Græci fecerunt, facinora, eſt ille, ut præmonuimus, in carmen ſuum obiter inſerturus, nihilque ex iis prætermiſſurus, quæ loco, & tempori aptiora eſſe videantur. Itaque narrat hoc loci, ut Chryſeis non ab urbe Chrysâ abducta ſit captiva, quod quiſpiam, ut videtur, ſuſpicari poſſet; ſed a campeſtri urbe Thebe; quum eò, ut tradunt, tamquam ad munitum aſylum, a patre Chryſe miſſa eſſet, ſive, juxta alios, profecta eò eſſet ad feſtum Dianæ. et nihilominus tamen Achilles, qui ſummo jure bellum gerebat, Phrygiamque circumcirca depopulabatur, tum Theben hanc ceperit, tum Chryſeidem cum aliis in ſervitutem redegerit. De hac Thebe dicemus etiam infra. Nunc id tantummodò ſciendum, Theben hanc, quam memorat Poëta, dici ab aliis numero multitudinis, Thebas; & pleraque eſſe alia hujuſcemodi nomina, quæ duplici numero efferantur. Nam Athenen urbem reperimus, & Athenas; Cretam, & Cretas; Maliam, promontorium, & Malias; & alia diverſa.

CCXLI. Ve-

1. τὸ ἄδμητον) quod eſt hîc Homero ἄδμητον. Polit.

2. πολυάνακτες ἄδαι) Urbes, & oppida, quæ plurali numero efferuntur, hanc habent appellandi rationem ab origine, quia e pluribus vicis nata ſunt. V. Ariſtot. Politic. l. 1. *Salmas.*

3. διάφορα) Videbatur mihi aliàs legendum, τὰ ἄλλα διάφορα. Non eſt tamen ſollicitanda hæc lectio. *Edit.*

ἐπεὶ γένοντο, οἷον, ἐπεὶ πολὺ φέρτερόν ἐστιν· οὕτω καὶ τὸ τί, τίπ. οἷον, τίπ τοι ταῦτα ἰδυίῃ ἀγορεύω; Σημείωαι δὲ, ὅτι αἱ παλαιαὶ ἐν μὲν τῷ, ἐπεὶ, καθὰ καὶ προέφημεν, περισπῶσι τὸ ί τῆς λήγουσης· εἰλαῦθα δὲ βαρύνουσιν ἐγκλίνοιλες, ὡς ἐν τοῖς Ἀπίωνος, καὶ Ἡροδώρου φέρεται. Οἱ δὲ Ἀττικοὶ, ὀξυτόνως λέγουσι, τίπ, καὶ ὅτιπ. Δῆλον δὲ, ὡς ἐπέκτασίς τις ἐστὶν ἐν τοῖς τοιούτοις τὸ ί· ἑτεροία μέντοι παρὰ τὴν ἐν τῷ, νυνί, καὶ τοῖς ὁμοίοις. Ὅτι τὸ, ᾠχόμεθα ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος, καὶ ἑξῆς, ἱστορία ἐστὶ πρὸ τοῦ χόλου πάντως πραχθῆσα τῷ Ἀχιλλέως. Εἰ γὰρ καὶ ἤρξατο ἐκ τῆς μήνιδος ὁ Ὅμηρος, ἀλλὰ μυρίας ὅσας πρὸ αὐτῆς ἱστορίας, καὶ πράξεις Τρωϊκὰς τε, καὶ Ἑλληνικὰς τῇ ποιήσει παρενέπρεψε, ὡς προεῖπομεν, μηδέν τι παραλείπων τῶν καιριωτέρων. Ἱστέον οὖν ἐνταῦθα, ὅτι περὶ μὲν Χρυσηΐδος, ἐκ τῆς Χρύσης πόλεως ᾐχμαλώτισται, ὅπερ ἄν τις, ὡς εἰκὸς, ὑπολάβοι, ἀλλ' ἐκ τῆς ὑποπλακίου Θήβης, ἀποσταλεῖσα ἐκεῖ, φασὶ, παρὰ τοῦ πατρὸς Χρύσου, ὡς ἂν μὴ κρησφύγετον ἐρυμνὸν· κατὰ δέ τινας, εἰς ἑορτὴν Ἀρτέμιδος, ἐκεῖ ἀπελθεῖσα· ὁ μέντοι Ἀχιλλεὺς πολεμάρχων, καὶ τὰ πρὸς Φρυγίαν λεϊζόμενος, καὶ ταύτην τὴν Θήβην ἔλε, καὶ τὴν Χρυσηΐδα μετὰ τῶν ἄλλων ἠνδραποδίσατο. Περὶ δὲ τῆς Θήβης ταύτης, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται. Νῦν δὲ τοῦτο ἰστέον, ὅτι τὴν παρὰ τῷ Ποιητῇ ταύτην Θήβην, [2] πολυώνυμος ἄλλοι Θήβας φασὶ· καὶ ἔστι καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα διαφέροντα κατ' ἀριθμόν. Ἀθήνην γὰρ τὴν πόλιν, καὶ Ἀθήνας εὑρίσκομεν, καὶ Κρήτην, καὶ Κρήτας, καὶ ἀκρωτήριον Μάλεαν, Μαλέας, καὶ ἄλλα [3] διάφορα.

Rom. p. 119.

χεα καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ δέ, ἱερὸν Τροίης πτολίεθρον. Οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον, καὶ ἡνίκα ἱερόσυλον ἀποτάσασι πολίτην ἐκεῖνον, ὃς καθίλη, χάριν οἰκείαν, τεῖχος πόλεως. Πόλιν δὲ Ἠετίωνος τὴν Θήβην λέγει, τὸ πατρὸς Ἀνδρομάχης, τῆς γυναικὸς Ἕκτορος, ὡς τοῦ Ἠετίωνος, ἢ καὶ μὴ οἰκίσαντος, ἀλλ' ὅμως βασιλέως ἐν αὐτῇ ὄντος. Τὸ γὰρ κρατοῦντος, φασὶν, ἡ πόλις νομίζεται. Κίλικες δὲ, ὡς καὶ προεγράφη, οἱ περὶ τὴν ἰδιαίτην Θήβην ἐλέγοιτο, ὧν ἦρχεν Ἠετίων ἀπὸ ἀετοῦ αὐτὸς προσονομαζόμενος. Τῶν δὲ ῥηθέντων Κιλίκων ἔνδοξος ἀποικία λέγεται. Ἱστορῆται γὰρ, ὅτι οἱ κατὰ Παμφυλίαν Κίλικες, ἀπὸ τῶν πρὸς τῇ Ἴδῃ ᾠκίσθησαν. Αὐτοὶ δὲ πόθεν ἐκλήθησαν, προεγέγραπται. Ὅτι δὲ [3] Θῆβαι ἦσαν πολλαὶ, ἀλλαχοῦ εἴρηται. Τὸ δὲ, Ὠιχόμεθα εἰς Θήβην, ἀπλῶς εἴρηται, ἀντὶ τοῦ ἤλθομεν. Λαμ-

Βαρ. p. 90. βάνεται δέ ποτε ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τῶν ἀφανῶν γενομένων. οἷον, ὁ δῦσα παύσας τόδε τι, [4] ᾤχετο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ θανάτου. οἷον, πρὸ ὥρας ᾤχετο. ἐξ οὗ καὶ οἰχόμενος, καὶ ἀποιχόμενος, ὁ θανών.

σμβ'. Ὅτι ἐν τῷ, Τὰ δὲ διεπραξάμεθα, καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα, κατὰ ἄγνοιαν λέγει ἐπὶ τῶν ἐμψύχων, καὶ μὴ ταύτων. καὶ παραλείπει ἀπὸ τοῦ τοιούτου ῥήματος καὶ ἡ ἀπαγωγὴ, ἐπὶ αἰχμαλωσίας. Κεῖται δὲ ἐνταῦθα καὶ τὸ εὖ ἐπὶ ἀρετῆς, ἐν τῷ, Καὶ τὰ μὲν εὖ [5] δάσαντο, ἰδίᾳ, κατὰ δικαιοσύνην, καὶ ἰσότητα διεμοιράσαντο μεταξὺ σφίσιν. ὅ ἐστιν, ἐν αὐτοῖς. Τοῦτο δὲ ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων, μετὰ σφισιν ἐγκλιτικῶς γράφεται. Ὅλι ἐξελεῖν, καὶ ἐξελέσθαι παρὰ τῷ Ποιητῇ, τὸ ἐπιλέξασθαι, καὶ δῦναί τι, ὡς ἐξαίρετον· Αἰρεῖν γὰρ, καὶ ἑλεῖν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐποίας λαμ-

βά-

1. πῶς δὲ Λίτολίδαι, καὶ Λίσβα) Geographus: πῶς ἐπεκάσατο εἰς τὴν Αἰτωλίδα, καὶ τὴν Λέσβα. Polit

2. ἱερὰ δέπα λέγω τῶχεα) Sic apud Latinos portæ civitatis *sanctæ* dicuntur, ac muri. quippe inviolabiles. *Salvinus*.

3. Θῆβαι ἦσαν πολλαὶ) Ad novem enumerat Stephanus. *Politus*.

ruat. Ipsam porro Theben, urbem vocat Eetionis, nempe patris Andromachæ, quæ uxor erat Hectoris: quippe quum, etsi eam urbem Eetion non condiderit; in eâ tamen regnaverit. Ejus enim, ut dicitant, civitas reputatur, qui imperio civitatis potitur. Et qui hanc ipsam Theben incoluerunt, quemadmodum supra scriptum est, Cilices ii nuncupati, sub ditione Eetionis: quum ipse sic ἀπὸ αἰετοῦ, *ab aquilâ*, denominaretur. Fuisse autem traditur celebris colonia Cilicum, eorum, quos commemoravimus. Qui enim Pamphyliam Cilices tenuerunt, coloniarum condendarum caussâ, missi eò feruntur a Cilicibus Idæis. Ii verò unde sint vocati, scriptum est supra. Cæterùm multas extitisse Thebas, alibi dictum est. Ad hæc, illud, Ὠιχόμεθα εἰς Θήβην, *Abivimus Theben*, simpliciter accipitur, ut idem sit, atque *ivimus*, seu *profecti sumus*. Nam hæc vox sumitur etiam aliquando de iis, qui e conspectu evanescunt. Ut si, verbi gratiâ, de uno aliquo dixeris: *Ille perpetratâ*, ᾤχετο, *abiit*, *e conspectu evanuit*, *repente se abripuit*. Immo & de morte. Exempli caussâ, πρὸ ὥρας ᾤχετο. *ante tempus abiit*. ex quo etiam οἰχόμενος, & ἀποιχόμενος, is, qui decessit, ac mortuus est.

CCXLII. Eo loci, quo dicit: Τὰ δὲ διεπραξάμεθα, καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα. *Hanc diripuimus*, *& adduximus huc omnia*: ex communi usu dicit ἄγειν, *ducere*, tum de animatis, tum de inanimis: & ab hoc ipso verbo deducitur etiam ἡ ἀπαγωγὴ, de captivitate, in quam quis abducitur. Deinde hoc loci de virtute usurpatum est τὸ εὖ, *bene*, *ac rectè*, dum ita narrat: Καὶ τὰ μὲν εὖ δάσαντο. *Et hæc quidem rectè diviserunt*. hoc est, pro jure, atque æqualitate distribuerunt, μετὰ σφίσιν. hoc est, *inter se*. Quod in quibusdam exemplaribus enclitice scribitur, μετά σφισιν. Ἐξελεῖν, & ἐξελέσθαι, idem est apud Poëtam, ac seligere, & quidpiam extra sortem dare, tamquam ἐξαίρετον, *selectum*, *egregium*, *eximium*. Αἰρεῖν enim, & ἑλεῖν, in eumdem sensum acci-

4. ᾤχετο) Plautus. *Ratio hercle constat: argentum ᾤχετο*. ideest, abiit. *Salvinus*.

Locutio erat Attica, ᾤχετο ἀπιών. Suidas: ἐπαγγελόμενος ὁ πόλιν ἐπανιέναι, ᾤχετο ἀπιών. ἀντὶ τοῦ, ἐς ἀπίστου ἀπεχώρησε. συνῆδον ἡ πλειοσμὶς τοῖς Ἀττικοῖς. Politus.

5. δάσαντο) Poëta, διέσαντο. Polit.

Immisit ergo Argivis pestiferam sagittam; populique
Obruebantur frequentes, ibantque spicula dei
Quoquo versus per castra ampla Achivorum. Nobis vero vates,
Peritus in concione narravit vaticinia Apollinis.
Statim ego primus jussi deum placari.
Atvidere vero postea ira cepit; & statim exsurgens
Minas intentavit, quæ jam exitum habuerunt.
Etenim cum navi veloci remos circumagentes Graci
Ad Chrysen deduxerunt, ferentque dona Apollini.
Etenim nuper e territorio abierunt præcones ducentes
Puellam Brisis, quam mihi dederant filii Atbivorum.
Sed tu, si potes, protege filium tuum.
Profecto ad cælum, Jovem precare, si ullâ unquam in re,
Vel verbo juvisti eum Jovis, vel etiam facto.

Ἐκ δὲ τῶν ἐπῶν τούτων ἐμφαίνεται μὲν καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος ὀργὴ, καὶ ἡ τοῦ μάντεως ἐπίκλησις, καὶ ἡ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἀπειλὴ, καὶ ἡ τοῦ Ἀχιλλέως ἀντιλογία, καὶ ἡ τῆς Θέτιδος ἐπὶ τῷ Διὶ παράκλησις, καὶ ἡ τοῦ Διὸς ὑπόσχεσις, καὶ ἡ τῆς Ἥρας ἀγανάκτησις, καὶ ἡ τοῦ Ἡφαίστου μεσολάβησις, καὶ ἡ τοῦ Διὸς ἀπειλὴ, καὶ ἡ τῶν θεῶν ἀποκατάστασις, καὶ ἡ τοῦ Διὸς εἰς ὕπνον τροπὴ, καὶ ἡ τοῦ Ἕκτορος ἐπιδίωξις, καὶ ἡ τῶν Ἑλλήνων ἀναχώρησις, καὶ ἡ τοῦ Ἕκτορος ἐπὶ τὰς ναῦς ἔφοδος, καὶ ἡ τοῦ Ἀχιλλέως ἐπιβοήθεια, καὶ ἡ τοῦ Πατρόκλου ἀναίρεσις, καὶ ἡ τοῦ Ἀχιλλέως ἐπὶ τὸν φόνον τοῦ Πατρόκλου ὁρμὴ, καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίθεσις, καὶ ἡ τοῦ Ἕκτορος ἐπὶ τὸν Ἀχιλλέα ἔξοδος, καὶ ἡ τοῦ Ἕκτορος ἀναίρεσις, καὶ ἡ τοῦ Ἀχιλλέως ἐπὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Ἕκτορος ὕβρις, καὶ ἡ τοῦ Ἕκτορος ἐκ τῶν ποδῶν τοῦ Ἀχιλλέως ἀπόδοσις, καὶ ἡ τοῦ Πατρόκλου ταφὴ

ἡνίδε θεῷ πρόσσ. Οἱ σφέδρων ἐπεξέλευσιν φράζει τὸ, αἶψα δ' ἀτρεκέως, πεπάλαχε μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστίν. ἦγεν, ὃς δὴ τετέλεστο. Ὅτι ἑλίκωπες Ἀχαιοί, ἤ μοῦνον, ὡς εἴρηται, οἱ τὰς κώπας ἑλίσσοντες· ἢ τοὺς πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρώντων ὀφθαλμοὺς ἑλίσσοντες ἐπ' αὐτούς, ὡς καὶ ἥδος ἀγηλοὶ ὄντες, ὅ ἐστι, θαυμασταί· ἀλλὰ καὶ οἱ πρὸ ὄψιν γοργοὶ, καὶ συχνὰ τοὺς ὤπας ἑλίσσοντες, ὅπου δέον ἐστὶ, καὶ μὴ νωθροί. ἢ οἱ πρὸς τὴν Ἑλίκην, τὴν μεγάλην ἄρκτον, ὡς καὶ τοῦτο ἐρρέθη, βλέποντες ἐν τῷ πλέειν. [1] Πρὸς ταύτην γὰρ Ἕλληνες ἐναυτίλλοντο. Τὸ δὲ πρὸς τὴν ἑτέραν ἄρκτον τὴν μικρὰν [2] τὴν κυνόσουραν πλέειν, Φοινίκων ὕστερον εὕρημα. Τὸ δὲ λέγειν ἑλίκωπας τοὺς μελανοφθάλμους, οὐκ ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς. Φασὶ γὰρ, κόραις μᾶλλον πρέπειν τὸ ἐπίθετον, ὡς προεἰρηται. Ὅτι ὥστερ [3] τὸ στέλλειν, ἀφ' οὗ ὁ στόλος· οὕτω καὶ τὸ πέμπειν, ἐξ οὗ καὶ [4] ὁ πομπίλος ἰχθὺς, οἱ κῆτος ἐστὶ θαλάσσης, οἷον· Τὴν μὲν σὺν νηῒ εἰς Χρύσην πέμπουσι. Καὶ ἐν ἄλλοις δὲ μυριαχοῦ τοῦτο φανῆται. Τὸ δὲ, εἰς Χρύσην, δύνηται καὶ

Rom. p. 121.

1. Πρὸς ταύτην γ' Ἕλληνες ἐναυτίλλοντο) Ovidius:

Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur
Sidonis, Helicen Graja carina notet.

Politus.

2. Τὴν κυνόσουραν) scribo ὀζυτάτην, κυνοσυρὸν. Polit.

3. Τὸ στέλλειν) Ἀπὸ τοῦ στέλλω, cohibeo. *habitus. Epistola. epistola*, quasi *missio*. Ἀπὸ τοῦ πέμπω, πομπὴ. *processus, pompa*. Salv.

4. Ὁ πομπίλος) Πομπίλος piscis, idem ac ναυτίλος. quasi piscis navigans: qui membranam, veluti malum, ac velum habet, navigationemque imitatur. *Salvianus*.

Ὁ πομπίλος) Sic quidem, teste Plinio, nautilos, vocatur ab aliis pompilos. Sed eos tamen pisces inter se differre, ex iis liquidò apparet, quæ de utriusque piscis naturâ leguntur apud Plinium, Ælianum, Oppianum, alios auctores. Nam de nautilo hæc scribit Plinius l. 9. c. 29. *Supinus in summa aquarum pervenit, ita se paullatim subrigens, ut cuncta omni per filiolam aquâ, velut exoneratus sentinâ, facile naviget. Postea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa mira tenuitatis extendit. Qua velificante in auras, ceteris subremigans brachiis, medià caudâ, ut gubernaculo, se regit. Ita vadit alto, lituumicarum ludens imagine; & si quid paveris intervenisse, haustâ se mergens aquâ.* Non ita navigat pompilus, qui naves tantùm natando saltandoque comitatur, donec terram prope abesse sentiat. Hinc a diverso etymo diversa utriusque piscis appellatio. Nautilo enim nomen a navigando, ὁ καλούμενος

Ναυτίλος, οἱονεὶ ἐπιπλέων ναυτιλίσσει.

verbum, quod jam perfectum est. sive, quod suum jam exitum habuit. Achivi ἑλίκωπες, non modò, ut explicatum est, οἱ τὰς κώπας ἑλίσσοντες, *qui remos circumagunt*; vel qui adspicientium oculos in semet *ἑλίσσοντες, convertunt*, utpote qui specie sunt stupendâ, hoc est, admirandâ; verùm etiam qui agili sunt velocique obtutu oculorum, neque ad videndum sunt tardi; sed, quò opus est, crebro τὰς ὄπας ἑλίσσουσι, *oculos vertunt*. Vel qui πρὸς Ἑλίκην, *ad Helicen*. i. e. majorem ursam (nam id quoque traditum est) inter navigandum respiciunt. Ad hanc enim Græci navigationis cursum dirigebant. Ad alteram verò ursam, i. e. minorem, nempe Cynosuram, navigare Phœnices postmodum instituerunt. Quod autem quidam faciunt, ut ἑλίκωπας, *nigris præditos oculis* intelligant, non placet id veteribus: quia, ut ipsi asserunt, puellas magis decet hoc epitheton, quemadmodum supra dictum est. Ut τὸ πέμπειν, *mittere, seu traducere*, ex quo ὁ στόλος, *commeatus, vel classis*; sic etiam τὸ πέμπειν, *mittere, vel deducere*, ex quo pariter ὁ πομπίλος, *pompilus*, piscis, propriè dicitur de mari. ut, verbi causâ: Τὴν μὲν σὺν νηῒ εἰς Χρύσην πέμπουσι. *Illam quidem cum navi ad Chrysen deducunt*. quod alibi etiam plurimis in locis manifestum erit. Ceterùm id, quod ait: εἰς Χρύσην, *ad Chrysen*: tum masculino

ad cujus ideirco exemplum putat Oppianus repertam, conformatamque esse ab hominibus navigationem. At verò pompilos sic appellatos a deducendis navibus, quod tradidit Clitarchus, διὰ τὸ ἐν πλόῳ προπέμπειν τὰς ναῦς, ἵνα ὡς λιμένα. ut proinde auctore non careat, quod refert Nicolaus Leonicus De Variâ Historiâ lib. 3. c. 9. frequentem pompilum circa navigia natare, quæ, inde etiam invento nomine, πλοῖα in portum, comitari, & deducere perhibetur. Item Oppianus:

πομπίλοι, οἵ τε πλέοι ναύτας
Ἄλγοντας πομπῇ δ' ἐπιρρήσσουσιν ὄνομα νηῶν.

Hinc Ovidius in Halieut.

Tuque comes ratium, tractique per æquora sulci
Qui semper spumas sequeris, Pompile, nitentes.

Sed quum hic auctor producat secundam in τῷ *Pompile*, quæ tamen a Græcis pleriscque omnibus corripitur, ut apud Corinnam:

Πομπίλε, ναύφρητι μέγαν πλόον ἅπλετον ἰχθύς.

& apud Apollonium Rhodium:

Πομπίλε, δυσπλόῃσι διδοὺς ὅσα βίσσεται ἄστυ.

nescio, an id etiam inter cetera argumenta afferri possit, cur minimè dignum Ovidianâ peritiâ, ac diligentiâ videatur, quod legitur hodie sub Ovidii nomine Halieuticon. Facilè autem, citraque offensionem, corrigere versus potuisset hoc modo:

Qui semper sequeris stridentes, Pompile, spumas.

Nam *spumas stridentes* dicit Ovidius lib. 3. Amor. Eleg. 7. & *stridentem spumam* lib. 8. Metamorph. *Politus*.

lietur, meritò uſurpaverit illud: *Sed tu, ſiquidem potes*, περίσχεο, *amplectere, protege*. videlicet, adjuva, ſingulari modo ἀντίσχω, *tuendum ſuſcipe, aſſere, vindica*. Cujus verbi Præſens commune eſt ἀντίσχε. Quod autem ſcire oportet, quo loci dicit, ἀντίσχε παιδὸς ἑῆος, *vindica filium tuum, vel filium bonum*, τὸ ἑῆος, vel fit ab ἑός, i. e. *ſuus*. unde εὖς, & per eſtaſin, τὸ εὑός. ἑῆος· cujus genitivus, ἕθεν, *ſui*, & per metatheſin, ἑῆος. Vel etiam aliter, ab εὖ, *bene*. unde ἐὺς, *bonus, mitis, benignus*, & reliqua alia, ſimili derivatione. Vel ab ἥδω, quod ſignificat *obleƈto, jucunditate afficio*. unde ἡδὺς, *jucundus*, rejectâque litterâ δ', ἠΰς· & alia ſimiliter, atque ſuperiora. Vel ab ἕω, quod eſt fruor. unde εὖς, & mutatione τῦ ε, reliqua ad eamdem formam. Vel denique, ut ex πίγω, *ſuffoco*, fit πιγιὺς, *furnus*, ſic ex ἕω, ἑὺς, *ſuus*. Unde genitivus Jonicus, ἕθεν, *ſui*. Æquum eſſe cenſet Poëta, ut beneficia nos memoriâ recolamus, ſi ullâ in re alter quiſquam, vel ſermone, vel opere, nobis profuerit. Quare etiam Thetis ab Achille admonita, revocat poſtea Jovi in memoriam collatum a ſe jamdiu in eum beneficium, pro quo viciſſim ab eo poſtulat, ut honorem filio ſuo rependat: quum ipſa quoque, ut eſt in fabulis, tum verbis, tum re, Jovi olim benefecerit. Verbis quidem, quando inſidias Jovi patefecit; re verò ipsâ, quando, ad ſuppetias Jovi ferendas, in cœlum ſuſtulit Briareum, de quo poſtea erit ſermo. Jovem porrò hoc loci, per periphraſin vocat *cor Jovis*. verbi gratiâ: *Si ulla umquam in re, vel verbo juviſti cor Jovis, vel etiam facto.*

μέρος λόγε· ἡ δὲ ἀπλοσυμασία, ἐν δύο· πολὺ δὲ κ̀ πλέονι. χῆμα γάρ ἐςι. Ὅτι ὁ ἀξιῶν τινὰ βοηθῆσαι πρὸς δύναμιν, ἤτοι ἂν τὸ, Ἀλλὰ σύ, ἡ δύνασαί γε, περίσχεο. ἤγουν βοήθησον, σῶσόν μ' ἀντίσχε. Τάτε δὲ ὁ καιρὸς ἐπιτρέπει ἐςίν. Ἱςέον δὲ, ὅτι ἐν τῷ, ἀντίσχεο παιδὸς ἑῆος, τὸ ἑῆος, ἢ ἀπὸ τῦ εὑός ὁ ἴδιος γίνεται εὖς, κ̀ ἐκτάσει τῦ ε, πύς· γενικὴ, πέος. κ̀ μεταθέσει, ἕος. ἢ κ̀ ἄλλως, ἀπὸ τῦ εὖ, εὖς ὁ ἀγαθὸς, κ̀ τὰ λοιπά, καθ' ὁμοίαν ἀγωγήν. ἢ κ̀ παρὰ τὸ ἥδω τὸ εὐφραίνω, ἡδὺς, κ̀, ἀποβολῇ τῦ δ', πύς· κ̀ τὰ ἄλλα ὁμοίως τοῖς αἰωτέρω. ἢ παρὰ τὸ ἕω τὸ ἀπολαύω, εὖς, κ̀ ἰροπῇ τῦ ε, κατὰ τὴν ἡρημένην ὁμοιότητα τὰ ἑξῆς. ἢ κ̀, ὡς πίλω πιλεύς, ἕτως ἕω εὑς. ὅθεν Ἰωνικὴ γενικὴ, ἕθεν. Ὅτι ἀξιοῖ ὁ Παντὸς μεμνῆσθαι ἡμᾶς χαρίτων, ἢ πολὺ ἢ λόγῳ, ἢ ἔργῳ ὁτιοῦν σχοίημεν ἐκ τινος. Διὸ κ̀ ἡ Θέτις, Ἀχιλλέως ὑποθεμένη, ἀναμιμνήσκει τὸν Δία παλαιᾶς εὐεργεσίας, κ̀ αὐτ' αὐτῆς αἰτήσεται τιμὴν τῷ υἱῷ, εὖ ποιήσασά ποτε τὸν Δία κ̀ αὐτὴ, κατὰ τὸν μῦθον, κ̀ ἔπει, κ̀ ἔργῳ. ἔπει μὲν, ὅτε τὴν ἐπιβουλὴν ἐμήνυσε τῷ Διί· ἔργῳ δὲ, ὅτε τὸν ῥηξήσομενον Ἐριάρεων ἀπήγαγε συμμαχήσοντα. Τὸν δὲ Δία ἐλαῦθα προφράζων, καρδίην Διὸς λέγει. οἷον, ἤ ποτε δή τι ἢ ἔπει ὤπασας καρδίην Διὸς, τὲ κ̀ ἔργῳ.

Sæpe enim te patris in ædibus audivi
Gloriantem, cum dicebas, a Saturnio atras nubes cogente
Solam te inter immortales indignam cladem avertiſſe,
Quan-

Πολλάκι γ' εἰν πατρὸς ἐμὸν μεγάροισιν ἄκουσα
Εὐχομένου, τὸν ἐφαθα νεφεληγερέτα Κρονίωνι
Οἶον ἐν ἀθανάτοισιν ἀκαχία λοιγὸν ἀμῦναι,

Ὁππό-

1. περίσχεο) Vulgata Poëtæ lectio, περίσχεο. Atque ita exigit metrum, niſi duo illa αι ϑ περίσχεο in unam ſyllabam veniant, & veluti contrahantur per ſynizeſin. *Politus.*

2. ἀντίσχεο) Si ita apud Homerum legere tibi placet, ut ſatis placuiſſe videtur Euſtathio, conſulendam erit metro, ad hunc modum, per ſynalœphen:

Ἀλλά σύ, α δύνασαί γ', ἀντίσχεο παιδὸς ἑῆος.

Politus.

3. πύς· γενικὴ, πέος) lege hic cum adſpiratione, ἑύς. & πέος. Tenuis enim ſpiritus ad alteram ſignificationem pertinet hujus vocis ab ϑ. *Polit.*

4. κ̀ ἀποβολῇ τῦ δ', πύς) ſi πύς, extrità litterâ δ', facit πύς· cur ſpiritum primitivum aſperum non ſervat? *Salvianus.*

5. ἕω τὸ ἀπολαύω, εὖς) Hic etiam lego cum adſpiratione, ἑύς. ut & paullò poſt, ἑός. quod item cum ſpiritu tenui exhibet Romana editio, & Frobenius. *Polit.*

λα καὶ ταῦτα Κλεώνος, ἐπὶ ᾧ μόνῳ θρασυνόμενος τῷ κατὰ Πύλον ἀριστεύματι. Καὶ ἡ παροιμία δὲ μᾶλλον ἔχει κατὰ λοιδορίαν ἀνδρός, ἐν ᾧ, Σαυτὸν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀσυδάμας, [3] γύναι,
Rom. p. 122. ὡς τὸν Ἀσυδάμαντος γυναικιζομένου ἐν ᾧ ἀπρεπῶς ἀλαζονεύῃ. Ἐὰν δὲ ὁ Ὀδυσεὺς μιᾶς πόλεως ἅλωσιν σεμνύῃ, ἀλλ' ὅτε προφέρει τοῦτο ἐκεῖνος καυχώμενος, ὁ ἄλλως δέ, ὡς ἐν τῇ β' ῥαψῳδίᾳ ὁ Ποιητὴς ἐρεῖ, μυρία ἔοργεν ἀγαθὰ Ὀδυσεύς· ὁ δὲ τῷ ἐπὶ μέσῳ τούτῳ σεμύνεται, δὲ πολλάκις αὐτῷ ἐπαβρύνεται. Νέστορι δὲ δι' αὐτῷ Νέμεσις ἐλλαμπομένῳ ἄλλοτε ἄλλως [4] ἰοῖς ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγοις, ὁ ὅτω χορηγοῦντι ἀγαθὰς ὕλας τῷ Ποιητῇ ἐς τὸ γράφειν, δίχα γε τοῦ ἀδολεσχεῖν ταυτολογικῶς.

μσζ'. Τὸ δὲ πολλάκι [5] ἀποβολῇ ἔσαφε ἵει σ', ὡς ὁ τὸ πλησάκι, ὁ τοσαυτάκι, ὁ δηθάκι, ὁ τὰ ὅμοια. Καὶ ἔστι μεταπλασμός τις ὁ τοῦτο ἐπιρρηματικός. Τελικῶν γὰρ ἐπιρρημάτων ὥσπερ τὸ ἰς βαρύτονον, οἷον, πολλάκις, δηθάκις, οὕτω ὁ τὸ ι. οἷον, αὐτόθι, κεῖθι, ὅθι. πρὸς ἃ μεταπέπλασται τὸ, πολλάκι, ὁ ἰὰ καὶ αὐτό. καθάπερ ὁ τὸ χωρί. Χωρὶς μὲν γὰρ ὀξύνεται, ὡς τὸ λιγρίς· ἐκπεσόν δὲ τοῦ σ, εἰς τὸν ἀπελογίαν τῆς ῥηθέντων εἰς ι ἐπιρρημάτων ἀπηυτομόλησε. Ζεὺς δὲ κελαμεφὴς, [6] παρὰ τὸ κελαινὸς φαίνεσθαι. Ταὐτὸς γὰρ ὁ αἰήρ. Ἐντεῦθεν δέ ὁ αἱμὰ ὡς ἐρεῖ κελαμεφές. ἢ παρὰ τὸ κελαίνεσθαι, ὁ νέφειν, [7] οἱονεὶ κελαινεφής. ἢ [8] παρὰ

nem ludibrio excipit, seſe arroganter efferentem ob unum, & ſingulare facinus, quod ad Pylum, fortiter ediderat. Et in proverbii quoque locum venit irriſio illa adverſus hujuſcemodi hominem: *Ipſa te laudas, ut Aſtydamas, mulier.* perinde quaſi Aſtydamas indecorâ, atque immodicâ laudum ſuarum prædicatione in mulierem degeneraverit. Quòd ſi vel unius urbis expugnatio glorioſum Ulyſſem reddit: attamen neque id ille glorioſiùs prædicat, præſertim quum, ut infra in libro β' ait Poëta, innumera præclara facinora Ulyſſes fecerit, neque ob hanc unam tantùm rem extollitur, neque de eâ frequenter ſe jactat. Ac ne ipſi quidem Neſtori Nemeſis pepercerit, dum alibi aliàs ſuis ipſius laudibus ſeſe illuſtrat, atque ita bonam ad ſcribendum materiam Poëtæ ſubminiſtrat, extra illam utique garrulitatem, quæ in crebrâ ejusdem ſermonis repetitione apparet.

CCXLVII. Ceterùm τὸ πολλάκι, *ſæpe, frequenter*, rejectum, ſive eliſum habet τὸ σ', ſicuti etiam τὸ πλησάκι, *ſæpiſſimè, frequentiſſimè*, τοσαυτάκι, *toties*, δηθάκι, *diu*, aliaque ſimilia. Et metaplaſmus quidam hic eſt adverbialis. Quemadmodum enim τὸ ις in fine adverbiorum barytonum eſt, ut in πολλάκις, & δηθάκις· ſic etiam τὸ ι. ut in αὐτόθι, *ibi*, κεῖθι, *illic*, ὅθι, *ubi*: ad quorum exemplum formatum eſt per metaplaſmum τὸ πολλάκι, aliaque ejus generis: ut & τὸ χωρί, *ſeorſum, ſeparatim*. Et ſi enim χωρὶς acuitur, ut τὸ λιγρὶς, *obliquè*; attamen, poſtquam deperdidit τὸ σ', tranſit ad analogiam adverbiorum, quæ diximus, in ι. Juppiter porrò κελαμεφὴς, *atro præditus colore*, παρὰ τὸ κελαινὸς φαίνεσθαι, *ex eo, quòd ater appareat*. Hujuſmodi enim eſt aër. Atque inde etiam alicubi infra αἷμα dicit κελαμεφὲς, *ſanguinem adſpectu atrum, ſive atri coloris*. Vel παρὰ τὸ κελαίνεσθαι, ὁ νέφειν, *a nigreſcendo, & pluendo*. quaſi ſit κελαμενεφὴς,

a plu-

1. ἀλλ' τ' ἔδεσαν) Nupertæ editiones, diviſis aliter vocibus, ἀλλ' ἐτ' ἔδεσαν. ex veteri, ni fallor, Scholiaſtâ. Sic enim ille ad hunc locum: Τὸ πλῆσις, ἀντὶ τοῦ ἔδασαν. Politus.

2. ὁ Κωνδύλη) Ariſtophanes in Equitibus. *Polit.*

3. γύναι) Sic etiam apud Zenobium. Suidas tamen, quod ſupra monuimus, pro γύναι habet γενέ. *Polit.*

4. πῆς ἐπαῖς ἑαυτοῦ λόγοις) Hor. *laudator temporis acti ſe ipſe.* Salvinus.

5. ἀποβολὴν ἔσαδε τοῦ σ') Latini veteres Poëtæ, litteram S in fine dictionum elidebant, ut in epitaphio Ennii a ſe facto: *Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit: cur? volito vivus per ora virum.* Lucretius. *Lumina quin etiam ſolis bonus Anxit reliquit.* Salvinus.

6. παρὰ τὸ κελαινὸς φαίνεσθαι) Unde κελαμεφὴς, & κελαμενεφὴς. Polit.

7. οἱονεὶ κελαμενεφὴς) Immo, juxta hanc etymologiam, κελαμενηφὴς. Eſt enim a νέφος, τὸ βάθος. Polit.

8. παρὰ τὸ κελαίνεσθαι νέφειν) Hinc enim κελαμενηφὴς: atque inde per ſyncopen, κελαμηφὴς. ut docet Etymologus. *Politus.*

CCXLVIII. Quemadmodum in aliis rebus apud Poëtas humanis obnoxium moribus eſt divinum genus; ita certè & in iis, quæ ad regnum ſpectant. Quum enim ſeveriori Juppiter imperio uratur, non deſunt, qui regnum affectent, & ſeditionem contra eum excitent. Quippe narrat fabula, quomodo Juno, Neptunuſque, & Pallas Minerva vinculis Jovem conſtringere voluerint. Juno, juxta fabularum ſcriptores, ob zelotypiam: quoniam, eâ neglectâ, connubiali jure violato, cum multis mulieribus corpus commiſcebat. Neptunus, ob alterius partis æmulationem, eo quòd, quum Juppiter cœlum teneret, Neptuno mare obtigerat. Denique Minerva, propterea quòd vim ei a Vulcano adhiberi permiſerat, quando in ortu ſuo ex Jovis capite, adulta jam puella, erupit. Quidam tamen codices pro, ἡ Παλλὰς Ἀθήνη, *& Pallas Minerva*, ſcribunt, ἡ Φοῖβος Ἀπόλλων, *& Phœbus Apollo*. Abſurdum enim hoc eſſe cenſent, quòd vim & manus patri Jovi Minerva ipſa attulerit, quam adeò ille in amore, ac deliciis habebat: illud verò conſentaneum eſſe rationi, ut Jovi Apollo iratus fuerit, quòd ſervire ſe permiſiſſet, ac propter alias cauſſas, quas Mythologi aſſerunt: qui narrant etiam cum Homero, quomodo tunc Thetis profecta, Jovem ſubduxerit, ſive clam a vinculis exſolverit, ac liberaverit, vocato in cœlum Centimano, quem Briareum, inquit, dii appellant; homines autem univerſi Ægæonem: quem patre etiam ſuo Neptuno viribus præſtantiorem fuiſſe affirmant. cujus item formidine dii a vinciendo Jove abſtinuerunt. Atque ita quidem fabula, qua utitur Achilles Homericus in commemorandis inſidiis contra Jovem poſitis ab Junone, Neptunoque, & Minervâ, qui a partibus nunc ſtant Achivorum: a quibus is tamen inſidiis, ob auxilium a centimano illo Briareo præſtitum, opitulante ſimul Thetide, ſalvus atque incolumis evaſerit. Ubi vide adoleſcentis

hujus

1. ὡς νῦν ὀνομάζεται) Sic Muſas, ut quidam ait, Jupiter ideſt, Intellectus, genuit: mater peperit Memoria, ideſt, Mnemoſyne. *Salvinus.*
Vide Heſiodum in Theogoniâ. *Polit.*
2. ἀναχεντέμιον) l. ἀναχεντέμιον. Polit.

3. Ζεὺς μὲν γὰρ ἔχε τὰ περὶ οὐρανόν) V. Callimachum in hymno in Jovem. *Salvinus.*
4. ὡς ἅπαξ ταμιεύσαντι) Pavit & Admeti tauros formoſus Apollo. Tibull. *Salvin.*
Alibi: *Me quondam Admeti nivеas pavиſſe juvencas.* Polit.

Καὶ ἔχει μὲν ὁ λόγος ὕτος ὁ περὶ Βριάρεως, καὶ ἄλλως τὸ πιθανόν. βοηθῆται δὲ καὶ ὑπὸ τῆς ῥοδοδακτύλυ ἠῶς. Ἐὰν γὰρ διὰ τ' ἥλιον, καὶ ἀπὸ αὐτόθεν ἀκτῖνας, δάκτυλοι τῇ ἡμέρᾳ παράπειται, ἃ λέγοιτ' ἂν καὶ αὐτὸς ὁ ἥλιος ἐκ ἀπιθάνως χῆρας ἔχειν, καὶ ταύτας ἑκατόν. ὅ ἐστι, πολλάς. Τῶν τοίνυν ῥηθέντων πρωτότυπα ὕτω καθ' ἀλληγορίαν ἐκλαμβανομένων, ἡ τῦ ῥηθέντος μύθυ θεραπαινὰ ὕτω πως διατίθεται, ὡσῆν συντομώταλα, ὡς ἁδὲν ἂν ἐκώλυε, τ' ἀθέρα Δία καταςασιασθῆναι ὑπὸ τῶν λαπτῶν ςαχέων, καὶ ἄνω κάτω πάλιν γενέσθαι, καὶ σύγχυσιν τὸ σύμπαν παθῆν, ἡ μὴ Θέτις, τυτέςιν, ἡ τῦ παντὸς κατὰ φύσιν θέσις, μέσην αὐτὰ καλὰ χώραν ἐποίησε, διὰ μέσυ τῦ Ἑκατόγχιρος, τυτέςι, τῦ ἡλίυ. ὃς καὶ αὐτὸς θέσιν ἔχων πρὸ πρέπου-
Bas. p. 93. σαν, κατελλάβην οἷδε τὸ ςάσιν, καὶ τὰ μέγιςα τῇ τῦ παντὸς νευθετήσι συμβάλλεται. Ἰςέον δὲ, ὅτι ἡ τοιαύτη ἀλληγορία ἁ συμβιβάζεται πρὸς τὰ Τρωικά. καὶ εἰκότως. Τῶν γὰρ μύθων ὅσοι τῷ Τρωικῷ πολέμῳ σύγχρονοι, θερπευσίλο ἂν πρὸς τὰ Τρωικά. ὅσοι δὲ παλαιοτέρας, καὶ πρὸ αὐτῦ Ὁμήρυ τεθέντες, ἡ καὶ ἀλληγορεῖντο, ἀλλ' ἁδὲν αὐτοῖς μετέσαι τῦ Τρωικῦ πολέμυ.

σν'. Τινὲς δὲ καὶ ὕτω τ' τοιῦτον μῦθον θεραπευσιν, Ἥραν μὲν, καὶ Ποσειδῶνα, τ' ἀέρα, καὶ τὸ ὕδωρ νοῦντες· Ἀθηνᾶν δὲ, τὸ αἰθέριον πῦρ, διὰ τὸ τῆς χροιᾶς, φασὶν, ἄνθος ὕτως ὀνομαζομένην· ὥσπερ καὶ Παλλάδα, [6] διὰ τὸ εὐκίνητον. Δία δὲ, τ' θεῖον τῶν, τὸ ψυχὴν τῦ παντός. Θέτιν δὲ, τὸ τῆ ὅλων διάθεσίν τε, καὶ διακόσμησιν. Ἑκατόγχιρον δὲ καὶ Βριάρεων, τὸ τῆς τοιαύ-

ratione similitudinem habet veri; atque ex aurorâ confirmatur, cujus rosei digiti dicuntur. Si enim propter Solem, emissosque ab eo radios, digiti Hemeræ, seu diei affinguntur; non absurdè Sol ipse dici poterit manus habere, easque centum, hoc est, multas. Itaque quum eæ, quas commemoravimus, personæ sic per allegoriam intelligantur; hujus ipsius fabulæ curatio sic quodammodo constituitur, ut quam paucissimis eam verbis expediam, ut nihil futurum esset impedimento, quominus Juppiter, ideſt, æther, per seditionem quamdam a reliquis elementis opprimeretur, & sursum deorsum omnia fierent, rerumque universitas commisceretur, nisi Thetis, hoc est, naturalis thesis, sive positio universitatis, ac Mundi, manere ipsa suo quæque loco faceret, Centimani operâ, hoc est, Solis. qui & ipse, quum positionem convenientem aptamque habeat, sedare illam potest seditionem, & plurimum sanè confert ad concinnam dispositionem universitatis. Sciendum tamen est, hujuscemodi allegoriam Trojanis cum rebus non cohærere. & meritò. Quotquot enim fabulæ Trojani sunt belli æquales, applicari eæ possunt ad res Trojanas. Quotquot verò antiquorum sunt temporum, & ante Homerum ipsum excogitatæ, etsi ad allegoriam reducantur; nihil eæ tamen habebunt cum Trojano bello commune.

CCL. Rursus nonnulli sic ei fabulæ medentur, ut Junonem, ac Neptunum, aërem, aquamque intelligant; Ἀθηνᾶν, *seu Minervam*, ætherium ignem, quum ea, ut perhibent, ita nominata sit διὰ τὸ τῆς χροιᾶς ἄνθος, *ob floridum coloris nitorem*; sicuti & Palladem, eo quòd facilè moveatur. Jovem, ideſt, intellectum divinum, animam Mundi. Thetin, dispositionem, gubernationemque omnium rerum. Centimanum denique Briarcum, βριαρὸν, *fortem*, necessitatem, ac

1. τὸν ἀέρα νοῦ) Ἀήρ, ἀὴρ, anagrammatismo quodam ἄρα, ζυγὸς. Plato in Cratylo. *Salvinus*.

2. Δία δέ ἐστι) Malim, Δία δ' ἐστὶ. Sequitur enim τὸ ἡγεμονικὸν. *Polit.*

Sed fortè ait ἐστὶ, alludens ad aliquem Poëtam, qui Jovem faciat complectentem omnia. V. Cic. de nat. deorum. *Salvin.*

3. ἡ τῦ παντὸς θέσις) *quæ magni sit positura Dei*. ideſt, κοσμοθεσία. Propertius. *Salvinus*.

4. τ' παντὸς) l. τ' παντὸς. Correxerat etiam Frobenius. *Polit.*

5. λέγοιτ' ἂν) l. λέγοιτ' ἄν. Polit.

6. διὰ τὸ εὐκίνητον) Ideſt, ἀπὸ τ' πάλλεσθαι. *quòd vibretur*. quod est æthereï ignis proprium. *Salvin.*

que ioris contrariâ motus latione coërceretur. Atque hîc obſerva, qualis Centimanus. Hinc enim habes præconium illorum conficere, qui multis veluti ſunt in opere peragendo manibus.

CCLI. Atque hæc quidem allegoriarum interpretes. Verùm hiſtoria tumulum quemdam Ægæonis in Aſiâ memorat, ex quo quum centum fermè fontes, ſive multi, ſive verè centum, ſcaturirent, circumjacenteſque illic campos irrigarent, fabularem hanc Centimani narrationem derivarunt. Tradit enim in ſuâ hiſtoriâ Arrianus, Briareum, terræ, & cœli filium, poſt adeptum maris imperium, ſede ſuâ, ac propugnaculo uſum fuiſſe, inſulâ Eubœâ, unde profectus, Cycladas in poteſtatem redegerit. qui & Ægæon ab hominibus eſt appellatus. Qui etiam cauſam dediſſe fertur, cur nomen Ægæo mari inderetur. Monumentum ejus oſtendi ad Rhyndacum amnem, tumulum quemdam non longè a mari, & hunc denominatum Ægæonis. Ab hoc tumulo ſcatebras centum erumpere, eaſque, manus dictas Briarei. Quod autem ſcire oportet, quemadmodum fabula centum Typhoni capita, ſic & Ægæoni centum manus affinxit. Atque illud quidem, ſi res ad hiſtoriam expenditur, eximiæ, ac ſingularis regendorum populorum ſcientiæ ſymbolum eſt, quod etiam notat, videri Typhonem res multas animo agitaſſe: hoc verò multarum rerum efficientiam, ſive effectionem, occultè ſignificat. Unde & ingenioſus ille machinarum inventor Archimedes, quum uno jactu multa jacula emitteret, Centimanus vocatus eſt ab iis, in quos illa jaciebat. Deinde, ne id etiam omittam, dici is poteſt Centimanus, qui multis eſt manibus, vel in agendo, vel in multitudine exercitus, vel in ma-

ρηχθη, ϗ χηρῶν ἐργασίᾳ ἐπιπηδεύθη, ϗ κίνησις ηλίᾳ ἐκολάσθη τῇ τῆς κινήσεως ἀντιςρόφῳ φορᾷ. Καὶ σημείωται, οἷον ὁ Ἑκατόγχηρ ἐπλῶθα. Ἔχομεν γὰρ ἐντεῦθεν εἰκώμιον ἐργατικῆς πολυχηρίας πορίτασθαι.

σιά. Καὶ ἰδιαῖτα μέν ἴνα εἰ ἀλληγορηταί. Ἡ δὲ ἱςορία λόφον ἴνα οἶδεν Αἰγαίωνος πρὸ ἴωὶ Ἀσίαν, ἐξ ἧ πηγαί τινες ἑκατὸν ἀναπιδύσαι, ἤτοι πολλαί, ἢ αὐτὸ τοῦτο, ἑκατὸν, ϗ τὰ ἐκεῖ πεδία λιπαίνουσαι, τῷ τῦ Ἑκατόγχηρος μυθολογίαν παρήγαγον. Φησὶ γὰρ ἡ τῦ Ἀρριανῦ ἱςορία, ὅτι Βριάρεως, [3] γῆς, ϗ ἠραιῦ παῖς, θαλασσοκρατήσας, ὁρμητηρίῳ ἐχρήσατο [4] Εὐβοίᾳ τῇ νήσῳ, κἀκεῖθεν ὁρμώμενος, κατεςρέψατο τὰς Κυκλάδας, ὃς ϗ Αἰγαίων ὠνόμασται ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Οὗτος δὲ ϗ αἰτίαν παρασχεῖν λέγεται τῷ Αἰγαίῳ πελάγει τοῦ ἐπωνυμίαν. σῆμα δὲ αὐτῦ δείκνυσθαι κατὰ τὸν Ῥυνδακὸν ποταμὸν, ἀ πόρρω θαλάσσης λόφον ἴνα, ϗ τοῦτον ἐπικαλεῖσθαι Αἰγαίωνος· ϗ ἀπὸ τῦ λόφου τούτου, πίδακας ἐκδιδόναι ἑκατὸν ϗ ταύτας καλεῖσθαι πάλαμας Βριάρεω. Ἰςέον δὲ, ὅτι, ὥσπερ [5] ἑκατόγκεφαλον τὸν Τυφῶνα ὁ μῦθος, οὕτω ϗ τὸν Αἰγαίωνα, ἑκατόγχηρον ἐπλασε. Καὶ ἔςι, καθ' ἱςορίαν, ἐκεῖνο μὲν, θεϊκῆς ἀρχικῆς σύμβολον, ϗ τῦ πολλὰ δοκεῖν τὸν Τυφῶνα φρονεῖν· τοῦτο δὲ, τῦ πολλὰ πράττειν αἰτιᾶται ἐςιν. ὅθεν ϗ ὁ πολυμήχανος Ἀρχιμήδης, μιᾷ προσβολῇ πολλὰ βέλη ἀφιεὶς, ἑκατόγχηρ πρὸς τῶν βαλλομένων ἐκλήθη. Καὶ ἄλλως δὲ φράσαι, ἢν ἂν ἑκατόγχηρ ὁ πολύχηρ, ἢ πράξεσιν, ἢ πλήθη

G g ςρα-

1. ? Ζηνόδοτος) Zenodotus, nobilis grammaticus. De eo phalæcium apud Tranquillum de claris grammaticis: *En cor Zenodoti, jacet Cratetis.* Salvinus.

2. Ἥρη π, τοι) lege: Ἥρη τ', ἐπὶ Ποσειδῶν, τοῖ Φοίβῳ Ἀπόλλωνι. Sic ſcribebat Zenodotus. Sed Euſtathius non admodum eſt accuratus in referendis carminibus, ut ſemper metri rationem habeat. *Salvin.*

3. γῆς, τοῦ ἠραιῦ παῖς) Briareus gigas, ideſt, γηγενὴς, *terræ filius.* Terræ filium Latini uſurpabant de homine obſcuro loco nato. quare Juvenalis: *mallem fraterculus eſſe gigantis.* Salvin.

XIX. Hoc etiam loci figurata est Diasceve, seu Descriptio, qua exponit Poëta, ut excitatus ex somno Agamemnon, deinde arrectus, sederit, ut mollem, pulchram, novam, tunicam induerit, ut tunicæ magnum pallium circumjecerit, ut nitidis sub pedibus pulchra calceamenta alligaverit, ut gladium de humeris, argenteis bullis insignem, suspenderit, ut paternum sceptrum, semper incorruptum, acceperit. Ejusmodi autem figurata exponendi genera occurrerunt pariter in libro α, quando navis ad portum appulsa est, itemque quando sacrificata est hecatombe. Quin & alibi passim similes apud Poëtam expositiones reperientur. Solet enim, ut supra notatum est, ad erudiendos auditores, tenuibus quoque, minutisque in rebus occupare orationem suam, ut & ipsi discant in hujuscemodi argumentis oratorie cum laude versari. Sciendum porrò est, in hac ipsâ expositione res ab eo esse, pro cujusque illarum ordine, distributas. Subeit enim subucula, imponitur pallium: quibus indutis, subligare calceos oportebat: deinde gladium circa ponere, seu suspendere, postremò sceptrum capere. Ubi vide, ut unicuique illarum rerum, quæ in expositionem hanc cadunt, epitheton aliquod attribuat: quippe qui mollem subuculam vocet, ac pulchram; magnum, quasi subductâ ratione, & ex conjecturâ, pallium, propter magnitudinem nimirum, & proceritatem ejus, qui pallium gestabat; pingues, vel nitentes, pedes; pulchra, calceamenta; gladium, argenteis bullis insignem; sceptrum, incorruptum, atque immortale. Præterea vide hoc loci differentiam τῆ περιβαλέσθαι, *circumdare, seu circumjicere*, & ἀμφιβαλέσθαι, *circumponere*. Siquidem pallium περιβάλλεται, *circumdatur, seu circumjicitur*; gladius verò ἀμφιβάλλεται, *circa ponitur, seu accingitur*.

XX. Fit

1. Ζεὺς Πανομφαῖος) Ovidius l. 11. Metamorph. v. 198.
Ara Panomphæo veteris est sacrata Tonanti.
Polit.

2. Κληδόνος) κληδὼν, quasi καληδὼν, a *vocando*, respondet adamussim illi divinationis generi, quod *omen* dicitur *ab audiendo*, quasi *audimen, audmen, aumen, omen*. hæc enim notationis verbi, seu etymologiæ, gradatio, ut ita dicam, est. Divinatio autem ista a voce casu divinitus oblatâ, ut ex illo, qui Cancas (ficus) vendendo, clamabat, *Cave, ne cas*, interpretatum fuit. *Salvianus*.

peplis delituiſſe. Quin etiam per tropum, militaris indumenti genus, ὁ χιτών, *tunica militaris, ſeu lorica*, ut multis poſtea in locis videbitur. Neque verò, ut conſtat, ſemper χιτών, *tunica*, dicitur ea, quæ texta eſt ex lino, & corpori ſtatim adjacet, ſeu adhæret. Siquidem & ex criſpis lanis χιτών, *tunica*, dicitur apud veteres. *Pulchram* porrò, intelligit *ſpecioſam, ac formoſam*. Atque ita aurum *pulchrum*: nec non *pulchra*, ea, quæ ex auro, & quæcumque alia hujus generis: de quorum item numero redimicula. Atque inde τὸ φιλόκαλον, *amans pulchritudinem*, quod æri quondam dicterio uſurpatum eſt de eo, qui ſcorta conſectaretur: itemque ἡ ἀσωτοκαλία, in laudem ſumpta, videlicet excellens, & inſignis admodum ſpecies, ſeu pulchritudo. Ejusdem autem ſignificationis ſunt, ὁ καλὸς, *pulcher*, appoſito nomine viri, & ἡ καλὴ, *pulchra*, expreſſo nomine feminæ. quæ quidem nomina in arborum corticibus antiquitus inſcribebantur, ut infra oſtendetur. Impreſſæ enim hic litteræ elegantem, ac venuſtam formam ſignificabant. Atque ita Panegyricæ, ſeu laudativæ orationis finis eſt τὸ καλὸν, *id, quod pulchrum, ac decorum eſt*: quoniam ornatui maximè ſtudet panegyrica oratio.

XXI. Ad hæc, νηγάτεον, vel eſt, *quod recens, vel nuper factum eſt*, quaſi νήγατον, vel eſt a νὴ, quod vim habet privandi, & a γατὸν, ideſt, *factum*. ita ut ſignificet τὸ ἀγένητον, *non factum*, atque, ut ita dicam, *manu minimè factum*. Quemadmodum enim, ut ajunt, a τάω, *tendo*, fit τατὸς,

Ὡς δὲ τροπικῶς καὶ [3] πολεμικόν τι φόρημα ὁ χιτὼν, ἐν οἷς ἐφεξῆς πολλαχοῦ φανήσεται. Δῆλον δὲ καὶ, ὅτι καὶ πάντοτε χιτὼν λέγεται τὸ ἐκ λίνου μὲν ὑφαινόμενον, ἐπικείμενον δὲ αὐτίκα τῷ σώματι. ἤγε καὶ [4] ἐξ ὅλων ἱρίων, χιτὼν λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Καλὸν δὲ, τὸ εὐειδὲς λέγει. Οὕτω καὶ [5] ὁ χρυσὸς καλὸς. καλὰ δὲ καὶ τὰ ἐκ χρυσοῦ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἐν οἷς καὶ [6] κρήδεμνα. Ἐκεῖθεν δὲ καὶ σκῶμμά ποτε ἀρχαῖον τὸ, *Baſ. p. 129.* φιλόκαλος, ἐπὶ πορνικοῦ· [8] καὶ ἡ ἐν ἐταίρῳ ἀσωτοκαλία, ἤγουν ἡ λίαν εὐειδία. Τῆς δ' αὐτῆς εἰκοίας καὶ τὸ, [9] ὁ δεῖνα καλὸς, καὶ ἡ δεῖνα καλή. ἅπερ ἐν φλοιοῖς δένδρων τὸ παλαιὸν ἐγράφοντο, καθὰ ἐν τοῖς ἑξῆς δηλωθήσεται. εὐμορφίαν γὰρ ἐνταῦθα ἐδήλουν τὰ γράμματα. Οὕτω καὶ τέλος παιηγυρικοῦ λόγου τὸ καλὸν ἐπὶ καλλιστα μάλιστα ὁ πανηγυρικὸς λόγος ἐφίεται.

κά. Νηγάτεον δὲ, ἢ τὸ νεωστὶ γενόμενον, οἱονεὶ νεόκτιστον, ἢ παρὰ τὸ νὴ στερητικὸν, καὶ τὸ γαῖον τὸ γεγενημένον. ἵνα δηλοῖ τὸ ἀγένητον, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, [10] ἀχειροτεύκτον. Ὥσπερ γάρ, φασὶν, ἀπὸ τοῦ τάνυω τατὸς, [11] οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ γάνυω γατὸς, καὶ πηγά-

τὸς,

1. παρὰ τὸ χύω) Etymologus. *Χιτὼν. παρὰ τὸ κεχῦσθαι ἐμοὶ τοῖς σώμασιν. tunica dicta eſt χιτὼν, propterea quòd noſtris corporibus affundatur.* Dicerem ergo potius eſſe a χέω. Salvin.
Suidas παρὰ τὸ ἐγχύσθαι. Polit.

2. καθάπερ ἡ. φέπλον ἐπὶ γυναικός) Suidas: ἔστι δὲ ὁ πέπλος γυναικεῖον εἶδος. Polit.

3. πολεμικόν τι φόρημα ὁ χιτὼν) Horatius Mattem ait *tunicâ tectum adamantinâ*; ideſt, *ferreâ*. χαλκοχίτωνα. Salvin.

4. ἐξ ὅλων ἱρίων) fortè ὁλόκληρον ἱρίων, *è totâ lanâ*, ut dicitur holoſericum. *totum ſericum*. Salvin.
At enim ὅλον ἱρίον legit etiam Suidas apud veterem auctorem, cujus citat ipſe fragmentum. *Polit.*

5. ὁ χρυσὸς καλὸς) Sic contra χρυσῆ Ἀφροδίτη. *Aurea Venus*, ideſt, *pulchra*. Salvin.

6. κρήδεμνα) quaſi capitis vincula, redimicula. *Salvin.*

7. τὸ, φιλόκαλος, ἐπὶ πορνικοῦ) idem hoc ſenſu, ac φιλοχύτης. Polit.
Sic Paridem appellavit Homerus in malam partem καλὸν εἶδος. *pulchram ſpeciem*. Salvin.

8. καὶ ἡ ἐν ἑταίρῳ ἀσωτοκαλία, ἤγουν ἡ λίαν εὐειδία) Similis

ac ἑταίρῳ interpretatio Suidæ: Ἀσωτοκαλία, ἡ ἀμαυρία ἢ καλῆ. Quare non erat, cur Ludolphus Kuſterus in Suidâ explodendam ſibi exiſtimaret interpretationem hanc vocis ἀσωτοκαλία. *Polit.*

Cæterùm ἀσωτοκαλία communiter ſignificat *inelegantiam, ineptiam*. ἀσωτοκαλος, *ineptus*, quam vocem non habere Græcos, neſcio an verè, jactat Ciceroni ideſt, *elegantia, & decori ignarus, expers*. Peculiari autem quadam ratione, per jocum poteſt transferri ἀσωτοκαλία ad ſignificandum infinitam quandam pulchritudinem, & immenſam. *Salvinus*.

9. ὁ δεῖνα καλὸς) In ſtatuâ quadam Phidiæ, ni fallor, inſcriptum erat: Παντάρκης ὁ καλός. Salvin.

10. ἀχειροτεύκτον) quod eſt etiam ἀχειρόκμητον. Polit.

11. οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ γάνυω γατὸς, καὶ πηγάτος) quaſi ſcilicet μὴ γατὸς, ut volunt nonnulli apud Suidam. Verùm Etymologici Magni auctori, juxta hanc deductionem παρὰ τὸ γάνυω, γάνυμαι, γατὸς, fit πήγατος, ἕστι δὲ ὁ ἀεὶ καὶ, ἀπὸ τοῦ πήγω. Unde, ὑπερβάσει τοῦ ε, πηγάτος, ὁ πυρὶ γεγενὸς. Alio tamen modo, eidem Etymologo πηγάτεον, τὸ ἐξεργασμένον ἢ βλάβης, πλεονασμῷ τοῦ γ. *Polit.*

ὀημάτων κλπ. ὑποδήσατο γὰρ ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πολλῶν, ὥσπερ τὸ ἀναδῆσαι ἐπὶ κεφαλῆς.

κβ'. Ὅρα δὲ καὶ, ὅτι, ὥσπερ πρὸ τούτου ὁ Ἀχιλλεὺς, οὕτω καὶ οὗτος ὁ Ἀγαμέμνων ξίφος φέρει. καὶ ἦν, ὡς καὶ προεγράφη, ἔθος τοῦτο παλαιὸν, ὁπλοφορεῖν αἰεὶ τοὺς ἥρωας, ὡς καὶ ὁ Τηλέμαχος ἐν Ἰθάκῃ ποιεῖ. Περὶ δὲ τοὺς ὤμους βάλ' ξίφη ἔφερον, καὶ οὐκ ἐζώννυντο αὐτὰ, καθάπερ οἱ ὕστερον. Ἄφθιτον δὲ αἰεὶ τὸ σκῆπτρον τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἀντὶ τοῦ ἄφθαρτον, ἀδιάδοχον, ὡς αὐτὸς ἑρμηνεύσει μετὰ ταῦτα πλατύτερον. Διὸ καὶ τὸ πατρῷον προσκηται. Φησὶ γὰρ, πατρώων ἄφθιτον αἰεί. ἐπίτασις δὲ τοῦ ἄφθιτον, τὸ αἰεί. Ὅρα δὲ καὶ, ὡς ἐν μὲν τῷ, μέγα βάλλετο φᾶρος, διὰ δύο λλ' ἡ γραφὴ, λόγῳ παρατατικοῦ· ἐν δὲ τῷ, βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον, ἐνὶ λ' διοικῆται τὸ ῥῆμα, μέσου ὄντος ἀορίστου δευτέρου ἐν συντόνῳ χρόνῳ ὑπαλλαγῇ.

κγ'. Ὅτι θέλων ἠῶνα, ὡς γέγονεν ἡμέρα, σημαίνει ἔτος· Ἠὼς μὲν ῥα θεὰ προτεβήσατο μακρὸν Ὄλυμπον, Διὶ φάος ἐρέουσα, ἤτοι ἀπαγγελοῦσα. καὶ τὰ ἑξῆς. Προσέθετο δὲ τὸ, θεὰ, ἵνα μυθικῶς νοηθῇ· Τῆς γὰρ σωματοειδοῦς πως ἐστὶ τὸ ἀγγέλλειν φῶς, τῷ τε Διὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀθανάτοισιν, οἱονεὶ διδαχθῆσαν. ὅπερ δηλοῖ ἀλληγορικῶς, τὸ, ἡμέρας ὕσης, τόν τε α�έρα Ζῆνα, ἤγουν Δία, πεφωτίζῃ, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ στοιχεῖα, κατὰ

22. Videre præterea, ut quemadmodum antea Achilles, ita etiam nunc Agamemnon gladium gestet: fuitque, ut supra scriptum est, vetus hæc consuetudo, ut heroës perpetuò armati incederent. Sicuti etiam facit Telemachus in Ithacâ. Gladios autem circa humeros gestabant, neque se iis cingebant, more posterioris ætatis. Tum Agamemnonis sceptrum vocat ἄφθιτον αἰεί, *semper incorruptum*, videlicet immortale, successione carens, seu perpetuum, ut ipse postea fusiùs explicat. Quare adjunctum est τὸ πατρῷον, *paternum*. Dicit enim, πατρώων ἄφθιτον αἰεί, *paternum incorruptum semper*. Ubi τὸ αἰεί, *semper*, vim, atque incrementum addit τῷ ἄφθιτον, *incorruptum*. Ad hæc vide, ut quo loci dicit, μέγα βάλλετο φᾶρος, *magnum sibi circumponebat pallium*, scriptum sit id verbi cum duplici λ', pro ratione Imperfecti temporis; cum verò ait, βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον, *gladium sibi posuit, vel suspendit, argenteis bullis decorum*, uno tantùm λ' hoc verbum constet, quòd sit Aoristi secundi Medii, per usitatam hypallagen, seu mutationem temporis.

23. Dicere quum velit, ortum esse diem, sive illuxisse, periphrasin hanc adhibet: *Aurora quidem dea conscendit magnum Olympum, Jovi ortum Solis indicatura, seu nuntiatura*, &c. Ubi additum est τὸ, *dea*, ut fabuloso ea modo intelligatur. Auroræ enim, quæ corporea fingitur, est, lucem, tum Jovi, tum ceteris aliis immortalibus diis, nunciare: perinde quasi facem præferat. Quod quidem allegoricè significat, orto jam die, tum Ζῆνα, videlicet *Jovem*, hoc est aërem, tum reliqua etiam elementa, quo-

1. διὰ τὸ γυμνάσιον αὐτῶν) quasi *nitidos*, *unctos*. propter oleum, quo luctatorum corpora inungebantur. Theocr. Idyll. 2. Στιλβοῖσα ὑ ελαίῳ. &c. Salvinus.

2. ἀπὸ μέρους ὁ τοιοῦτον τὸ πᾶν) Eodem modo Hesychius: Λιτυφόροι πόδες, οἱ ἐξυφάντες, οἱ ὑποδήματα. ἀπὸ μέρους ὁ τοῦ τὸ ὅλον σῶμα δηλοῖ. Polit.

3. ζωννύειν τοῦ ὡς ἡ Κυναιθὼ) apud Aristophanem in Lysistratâ, ubi Lampito causam hanc affert, cur corpore esset pleno, & bene colorato: Μάλα γὰρ εὖω, καὶ σιῶ, Γυμνάδομαί γε, καὶ πατῶ πυγὰν ὀλκαῖα. Politus.

Habitus athletarum apud Hippocratem in Aphorism. *Salvin.*

4. μακρὸν ὀπισθοτόνον ἔχοντα τὸ ἰ) lege, ἔχοντα τὸ ὁ. Politus.

5. διὰ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ λ') Sic Ilias initio. αὐτὸς δ' ἑλώρια πᾶσι ἑκηβόλος ἠνάρυκε. Persius in prologo. *Cantare crudas Pegasejum me-*

los. Frustra Scaliger hunc sollicitavit doctissimus Politianus, substituendo, *nectar*. Contra quem epigrammate venustissimo lusit, more suo, Marullus Constantinopolitanus: *Pugè negas dici melos, facunde Poeta. Atque adeo picas nectar ais canere. Scilicet hunc studio, curâque trahente fideli, Ne quando placitum nectar ab ore cadat. Sed neque divinus melè μέλος dixerit Homerus; Nec nisi qui laudat, nectar, inepte, canit.* Salvinus.

De loco Persii disputatum est a nobis supra. *Polit.*

6. ὑποδῆσαι γὰρ πάντας ἐπὶ ποδῶν, ἤγουν τὸ ἀναδῆσαι ἐπὶ κεφαλῆς) *Vincla pedum*, τὰ ὑποδήματα, calceamenta dixit Tibullus. Lucretius lib. 4. Græcam vocem *anademata*, usurpavit. *Et bene parta patrum sunt anademata, mitra.* Diademata similiter sunt capitis intelligamus, fasciæ. *Salvinus.*

piter hesterno die ad Æthiopas abiisset, dieque duodecimo esset reversurus. Itaque, si hesterno die abierat; secundus ergo fuit Jovi idem ille dies, qui decimus erat pestilentiæ: a quo decem tantummodò alios transire ei dies oportebat, qui cum decem illis diebus pestilentiæ, dierum viginti numerum complebant. Hic igitur, a duodecimo ille die, nullo modo potest esse tertius, ac vigesimus: sed, si statim ipso illo duodecimo die Juppiter rediit; hodiernus, qui exortus est dies, primus fuerit supra vigesimum. Si autem die sequenti, sive tertio supra decimum, Juppiter est regressus; secundus ac vigesimus est dies, cujus hoc in libro ortus describitur. Quod autem scire oportet, quemadmodum ex ἑδαφ-, *sedile*, fit θώκ-, per pleonasmum τοῦ ὁ & ex Ξεναφῶν, *Xenophon*, Ξενοφῶν, itemque ex Κῶς, *Cos*, Κόως, *Coos*, *insula*; sic etiam ex φῶς, *lumen*, φοως.

XXIV. Præstantia illa est, ac laus præconis, ut voce præditus sit argutâ, & canorâ, seu acutâ. Item de eo vocabulum maximè proprium, & accommodatum, τὸ κηρύσσειν, *præconio convocare*, *per præconem denunciare*, *præconis voce edicere*. Quare in hoc ipso vocabulo, tamquam congruente, & apto, per epimonen insistit, dum ita loquitur: κηρύσσειν λιγυφθόγγοισι κέλευε Κηρύσσειν ἀγορήνδε καρηκομόωντας Ἀχαιούς. Οἱ μὲν ἐκήρυσσον· τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα. *Præconibus canoris imperavit, ut præconio ad concionem vocarent comatos Achivos. Hi præconio vocarunt. Illi verò perquam celeriter frequentes convenerunt.* Cujus loci tropus, etymologia est: quippe quum ὁ κῆρυξ, *præco*, derivetur ex κηρύσσειν, *præconio convocare*, *edicere*: quemadmodum ἡ ἀγορὰ, *concio*, ex ἀγεῖρειν, *cogere*, *congregare*. Quocirca dicit, κηρύσσειν ἀγορήνδε· τοὶ δ' ἠγείροντο. *præconio ad concionem convocare, & illi frequentes convenerunt.* Ad hæc vide, ut plenâ, integrâque sententiâ dictum sit τὸ κηρύσσειν Ἀχαιούς, *convocare præconio Achivos*. Dicit enim, κηρύσσειν, *præconio vocare*, videlicet voce, ac clamore convocare, τοὺς Ἀχαιούς, *Achivos*: quum tamen τὸ, Οἱ μὲν ἐκήρυσσον.

τῇ ῥηθείσῃ δεκάτῃ τοῦ λοιμοῦ, ἡ Θέτις ἐλθοῦσα, ἔφη τῷ Ἀχιλλῆι, χθιζὸν ἀπελθεῖν τὸν Δία εἰς τοὺς Αἰθίοπας, τῇ δωδεκάτῃ ἐλευσόμενον. Εἰ γὰρ χθιζὸς ἀπῆλθε, δευτέρα ἦν ἄρα ἡμέρα τῷ Διΐ, ἡ δεκάτη τοῦ λοιμοῦ. μεθ' ἣν ἔδει ἄλλας δέκα, καὶ μόνας, διελθεῖν αὐτῷ ἡμέρας, αἵτινες μετὰ τὴν δέκα ἡμέρων τοῦ λοιμοῦ, ἥκοιτ' συνεπλήρουν ἡμέρας. Ἡ τοίνυν μετὰ τὴν δωδεκάτην αὖτη, οὐκ ἂν εἴη εἰκοστὴ τρίτη ἡμέρα· ἀλλ', ἡ μὲν εὐθὺς τῇ περὶ αὐτὸν ἐκείνῃ τὴν δωδεκάτην ἦλθεν ὁ Ζεὺς, εἴη ἂν εἰκοστὴ πρώτη ἡ σήμερον ἀναφαίνη. Εἰ δὲ τῇ μετ' αὐτὸν, ἤτοι τῇ τρισκαιδεκάτῃ, ἐπαπῆλθεν ὁ Ζεὺς, ἔστιν εἰκοστὴ δευτέρα ἡ ἐν τῇ ῥαψῳδίᾳ ταύτῃ ἀνατολή. Ἰσέον δὲ, ὡς, καθάπερ θῶκος θώκου πλεοναστικῶς τοῦ ὁ, καὶ Ξενοφῶν Ξενοφῶντος, καὶ Κῶς εἶτος Κόως, οὕτω καὶ φῶς φόως.

κδ'. Ὅτι ἀρετὴ κήρυκος τὸ λιγύφθογγον εἶναι, ἤτοι ὀξύφωνον. καὶ ὅτι καιριώτατα ἐπ' αὐτῷ λέξις τὸ κηρύσσειν. Διό φησιν, ἐπιμένων τῇ λέξει, διὰ τὸ καίριον· κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευε Κηρύσσειν ἀγορήνδε καρηκομόωντας Ἀχαιούς. Οἱ μὲν ἐκήρυσσον· τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα. Ὁ δὲ τρόπος, ἐτυμολογία, ὡς τοῦ κήρυκος ἐκ τοῦ κήρυσσειν ἐτυμολογουμένου, καθάπερ τὴν ἀγορᾶς ἐκ τοῦ ἀγείρειν. Διὸ ὅταν κήρυσσειν ἀγορήνδε· οἱ δ' ἠγείροντο. Ὅρα δὲ καὶ τὸ κήρυσσειν Ἀχαιούς, ἐντελῶς ῥηθέν. Λέγει γὰρ κήρυσσειν, ἤτοι τῇ βοῇ συγκαλεῖσθαι τοὺς Ἀχαιούς. Τὸ δὲ, Οἱ μὲν ἐκήρυσ-

σον,

Ss

1. οἱ φῶς ἢ ὁ ὄναρ) Sub auroram: Ἔνθα καὶ ἀξιεῖόν τοι μνήσασθαι ἔθνος ὀνείρων. in Idyllio Europæ. *Salmasius.*

2. αἱ ἢ λοιμοῦ) l. αἱ τοῦ λοιμοῦ. Polit.

3. ὡς ἢ κήρυκος ἐκ ἢ κηρύσσειν ἐτυμολογουμένου) Etymologus: Κλῆρος, ἀπὸ ἢ κεῖρειν κεῖρος γίνεται, ἀποβολῇ ἢ ι. Quam tamen etymologiæ rationem esse judicat Henricus Stephanus *hominis omni judicio carentis*. Placet igitur alia etymologiæ ratio, ut sit κῆρυξ παρὰ τὸ γῆρυς, ὃ σημαίνει ἢ φωνὴν. unde γηρύειν. & ἀπηρύσατο. Γῆρυς autem derivatur ab Etymologo παρὰ τὸ γείρω. Quippe est ἢ ὀστέμων, & propriè προσηνὴς ψαλμῳδία. Politus.

Ἤμεν λιτομένω. Τρῶσι δὲ κῆδε ἐφάπτω
Ἐκ Διός. ἀλλὰ σὺ σῶον ἔχε φρεσίν. Ὡς ὃ μὲν ἀκτὴν, 70
Ὤρτο δ' ἀναπτόμενος· νηὶ δὲ γλαυκὸς ὄρνις ἀείκτο.
Ἀλλ' ἄγετ', αἴκέ πως ἐνὶ θυμῷ ὦμιν ὄφελος ἀρηρώς.
Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι, ἃ θέμις ἐστί,
Καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ καὶ ἀθρόοι κελεύειν.
Rom. p. 172. Ὑμεῖς δ' ὄφρ' ἄλλοι ἄνδρες ἐρητύνητε ἕκαστον. 75
Ἦτοι ὃ μὲν ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο, τοῖσι δ' ἀνέστη
Νέστωρ, ὃς ῥα Πύλοιο ἀνὴξ ἦν ἠμαθόεντος·
Ὃς σφιν ἐῢφρονέων ἀγορήσατο, καὶ μετέειπε.

κέ. Ὅτι ἀγορὰ μὲν, ἡ κοινὴ πάντων συνέλευσις διὰ κηρύκων λιγυφθόγγων· βουλὴ δὲ, ἡ μόνων τῶν γερόντων. Διόπερ ὁμήρου, ὅτι ἐκέλευσε κηρύσσειν εἰς ἀγορὴν, ὃ καὶ ἐγίνετο, ἐπάγει· Βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων. ἦγεν, πρὸ τῆς ἀγορᾶς βουλὴν ἐποίει σύγκλητον. Διδοὺς δὲ καὶ τοῖς ὕστερον ἀφορμὴν τῆς ἠθικῆς σύγκλητον τὸ τοιοῦτον, φησί· Τοὺς ὄγε συγκαλέσας, ἤτοι τοὺς γέροντας, φυσικῶς πρότερον βουλήν· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ· Κίκλησκε δὲ γέροντας. ὅθεν Τραγικός τις σύγκλητον λέσχην γερόντων τὸ τοιοῦτον ὠνόμασεν. Ἡρόδοτος δὲ, σύλλογον ἐπίκλητον λέγει Περσῶν. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, βουλὴ γράφουσι, δίχα τοῦ ν. ἵνα λέγῃ, ὅτι βουλὴ πρῶτον ἐκαθέζετο γερόντων. καὶ φασὶν οἱ παλαιοὶ, τὰς ἀκριβεστέρας, καὶ Ἀριστάρχου εἶναι τὴν τοιαύτην γραφήν. Γέροντας δὲ, τοὺς ἐντίμους λέγει, ὡς καὶ πρὸ μικροῦ γέγραπται, ἤτοι τοὺς ἡγεμόνας, καὶ, ὡς αὐτὸς, τὴν Γερηνίαν, δηλῶν, ὅτι δεῖ τοὺς τοιούτους καὶ πρὸ τῆς πρεσβυτικῆς ἡλικίας, γέ-

1. Πολυγενίδης) Eustathius, Πολυγενίδου. Polit.

2. ἃ θέμις ἐστὶ) Plerique nunc cum Aldo, Junctâ, Turnebo, Henrico Stephano, legunt ἅ, subscripto τῷ ι. quod tamen adscriptum hic minimè volunt veteres Graminatici. *Politus.*

3. κελευκλίνει) Veteres Grammatici, Eustathio teste, ἀποκαρτερεῖν, κελευκλίνει. Polit.

4. βουλὴ δὲ, ἡ μόνων τῶν γερόντων) Bulcutæ, quod verbum usurpat Plinius in epistolis, dicebantur in provinciis Græcis Senatores, quasi *Consiliarii*. Salvin.

5. τῶν ἀκτὼν συγκλήτου) Ἡ σύγκλητος. (idest βουλὴ) *Conventum Consilium*, Græcis Senatus dicitur, quem aliàs vocant γερουσίαν. Salvinus.

6. Κίκλησκε) Poëta, Κίκλησκον. Polit.

7. ἀκριβεστέρας, καὶ Ἀριστάρχου εἶναι τὴν τοιαύτην γραφὴν) Primâ fronte videtur ἷζε melius explicari, *sedere fecit*; quàm ἷζεν, καθίζειν. *sedit*. Atqui Idyllium Europæ, in principio: Ἔστιν ὅτε γλαυκὸν μίλτῳ βλεφάροισιν ἐΐζων. *palpebris insidens*. & Polybius l. 8. Καθίσαντος ἡ τὴν συνοδίαν πολλοὶ μοι ἐγίγνοντο λόγοι. Et alia exempla passim occurrunt. Ergo ἷζε tum *sedere facit* est, tum *sedet*. Salvinus.

Juno supplicans. Trojanis verò mala impendent
Ab Jove. Sed tu tuo tene animo. Sic illud locutum
Abiit avolans; & me dulcis somnus reliquit.
Quare agite, si quomodo armemus Achivos.
Primum autem ego verbis tentabo, quatenus fas est,
Et fugere cum navibus longis jubebo.
Vos autem hinc inde verbis cohibete.
Ille quidem sic locutus consedit. Tum inter eos surrexit
Nestor, qui Pyli rex erat arenosæ:
Qui ipsis prudenter concionatus est, ac dixit.

XXV. Ἀγορὰ, *concio*, communis est omnium conventus per argutos canorosque præcones convocatorum. At verò βουλὴ, *senatus, vel consilium*, est tantummodò Senatorum. Quocirca, postquam dixerat, ἐκέλευσε κηρύσσειν εἰς ἀγορὴν, *præcepit, ut ad concionem convocarent*, quod & factum est; subdit: Βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων. *Consilium autem primùm magnanimorum sedere fecit Senatorum*. videlicet, ante concionem, Senatum coëgit. Ubi etiam posterioribus auctoribus occasionem præbet appellandi, quidquid est hujus consilii, vel senatus, σύγκλητον, *convocatum senatum*; dum narrare ita pergit: Τοὺς ὄγε συγκαλέσας, videlicet τοὺς γέροντας, φυσικῶς πρότερον βουλήν. *Quos ille quum convocasset*, videlicet *senatores, prudens consilium struebat*. ut & alibi: Κίκλησκε δὲ γέροντας. *Vocavitque senatores*. Unde Tragicus quidam Poëta hujusce modi senatum vocat σύγκλητον λέσχην γερόντων, *convocatum concilabulum, vel colloquium senatorum*. Et Herodotus σύλλογον ἐπίκλητον, *advocatum concilium*, dicit Persarum. Verùm codices nonnullì scribunt βουλὴ, *consilium, vel senatus*, sine τῷ ν. ita ut sensus sit: Βουλὴ πρῶτον ἐκαθέζετο γερόντων. *Consilium primùm sedit senatorum*. Et notant veteres, magis stricta esse hujusce modi scripturam, eamque esse ab Aristarcho. Γέροντας porrò, *i. e. senes*, optimates, ac senatores intelligit, ut paullò ante scriptum est, sive duces, atque, ut ita dicam, ipsum senatum: perinde quasi significet, oportere, viros, qui eâ sunt dignitate, atque auctoritate, vel ante senilem

vam politam esse loquendi formam hujusce-modi. Possessivum nomen resolutum construit Homerus cum genitivo, ad hunc modum: Νεσορίῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος. *Nestoream apud navem nati in Pylo regis*. videlicet, *apud navem Nestoris regis Pylii*. Tale & illud: τῷ Λαβδακίδῃ παιδί, Πολυδώρᾳ τε, &c. *Labdaceo filio, & Polydori*, &c. videlicet, *filio Labdaci, & Polydori, & Cadmi, & Agenoris*. Simile etiam illud: τῶν Τευταρίης ἐκκὸς πλήσσει. *Teutareis bubulci pinnis*. videlicet, *Teutari Scythæ sagittis*. Et illud: ἀπαρκτίης πρηστῆρος ἄθροος πνοιῇς. *Septentrionalibus ignei, ardentisque presteris flatibus*. videlicet, *flatibus borææ a Septentrionibus*. Hujus item generis fuerit illud: οἶκος βασιλῆος τῷ πάντα δυναμένῳ. *regia domus ejus, cujus summa est potestas*. videlicet, *domus regis, qui pleno rerum omnium jure, summâque potestate fruitur*. Et πρῆγμα ἐμὸν τῷ εὐτελῆς. *res mea, qui homo vilis sum*. videlicet, *mea, qui homo vilis sum*. Cæterùm Πυλαγενὴς, *in urbe Pylo natus*, est per diphthongum propter pleonasmum τῆ ἐκ Πύλος, *Pylus*. Quod si scribitur Πυλαγενὴς per η, id fit per mutationem litteræ, qualem etiam mutationem habet τὸ ἐλαφηβόλος, *qui cervos jaculis figit*, cum aliis vocibus hujusce-modi.

XXVII. Nocturno viso, quod verax sit, aptum, atque accommodatum est illud: θεός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος Ἀμβρόσιον διὰ νύκτα. *Divinum ad me in somnis venit visum ambrosiam per noctem*. videlicet, κατὰ νύκτα. ita ut sit præpositio loco præpositionis. Ubi *ambrosia* idem est, ac *dulcis*, ut supra dictum est. Quemadmodum autem ad viros dictum est illud: *Audite amici, divinum ad me in somnis*, &c. sic etiam dicetur ad mulieres: *Audite, amicæ*, &c. Ad illa verba, quibus narrat, ut somnium Nestori proximè simile esset ἴδμὰς τε, μεγέθος τε, φύην τε, *formâque, magnitudineque, & habitu; φυὴ*, quidam intelligunt, tum formæ, tum animi, præstantiam, ac bonitatem: quæ natura ab aliis, & indoles appellatur. Etsi verò de hac ipsâ voce ali-

1. διὰ τὸ ἀνεπιμιξίαν ποιεῖν) Ἄρσην enim est, *par nuptum, & integer*. Salvinus.

2. ὄνειρος) Somnium, seu Visum, Græcè est nomen masculinum Ὄνειρος. quod & perbellè cadit, namque virili specie apparet, & alloquitur. Homerus: γλαυκὴ δ' εἰς ἅλα δῦσα. Quum mare Græcis sit nomen femininum, bene illi convenit, ut dicatur parere. Latinis non ita. Catullus in Nuptiis Pelei, &

Ἀπὸ κτητικῆς ὀνόματος ἀπολυθέντος, παῖδα Ὄμηρος γενικὴν σύνταξιν, ἅτος· Νεσορέη παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος. ἦγεν παρὰ τῇ νηῒ τῇ Νέσορος τῆ Πυλίᾳ βασιλέως. Τοιῦτον καὶ τὸ, τῷ Λαβδακίῃ παιδὶ, Πολυδώρᾳ τε, καὶ ἑξῆς. ἦγεν, τῷ υἱῷ τῆ Λαβδάκυ, καὶ τῆ Πολυδώρε, καὶ τῆ Κάδμε, καὶ τῆ Ἀγήνορος. Ὅμοιον καὶ τὸ, τοῖς Τευταρίοις ἐκκόλυ πτερώμασιν. ἦγεν, τοῖς τῆ Τευτάρυ Σκίθυ οἰστοῖς· καὶ τὸ, ἀπαρκτίας πρηστῆρος ἄθροος πνοιᾶς. ἦγεν, ταῖς πνοιαῖς τοῦ ἀπὸ τῆ ἄρκλυ βορρᾶ. Εἰ δ' ἄρ' ἐστὶν τοιοῦτον καὶ τὸ, οἶκος βασιλικὸς τῆ πάντα δυναμένε. ἦγεν, οἶκος βασιλέως παντοδυνάμε. καὶ πρῆγμα ἐμὸν τῆ εὐτελῆς. ἦγεν, ἐμῆ τῆ ταπεινῆ. Πυλαγενὴς δέ, ἐστὶ μὲν διὰ διφθόγγε, πλεονασμῷ τῆ ι ἐκ τῆ Πύλος. Εἰ δὲ γράφεται διὰ τῆ η Πυλαγενὴς, ῥητὸν ἔσαθεν, ὁποίαν καὶ τὸ, ἐλαφηβόλος, καὶ τὰ ὅμοια.

κζ. Ὅτι νυκτερινῆ ἀληθὴ ὀπτασία οἰκεῖον τὸ, θεός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος Ἀμβρόσιον διὰ νύκτα. ἤτοι, κατὰ νύκτα. ἵνα ἡ προθεσις ἀντὶ προθέσεως. Ἀμβρόσια δὲ ἡ γλυκεῖα· καθὰ καὶ ἀνώτερον εἴρηται. Ὡσπερ δὲ πρὸς ἄνδρας εἴρηται τὸ, κλῦτε, φίλοι, θεός μοι ἐνύπνιον, καὶ ἑξῆς· οὕτω καὶ πρὸς γυναῖκας λαληθήσεται ἂν, Κλῦτε, φίλαι, καὶ ἂν ἑξῆς. Ὅτι ὅτε λέγει, ὡς Νέσορι ἀγχίσ᾽ ἐοικὼς ὁ ὄνειρος, εἶδός τε, μέγεθός τε, φύην τε, [4] φυὴ τινες γενόμασι, τὸ ἐξ εἴδυς τε, καὶ ψυχῆς ἀγαθύ. ὁ φύσις ὑπ' ἄλλων, καὶ ἦθος λέγεται. Εἴρηται δέ γε ἀπὸ τῆ φύω τῆ λέ-

ξεως

Thetidos: *Quod mare conceptum spumantibus exspuit undis*. Plato Pori, & Penix filium Cupidinem facit. *Porus* virile nomen. Sed quum *Opulentiam* Latinè verteris, Gratia evanescit. *Salvin.*

3. ἀνέτειν) forte ἄνεθον. Salvin.

4. φυὴ τινες) Sicut φυὴ derivatur ἀπὸ τῆ φύειν, *a nascendo*; ita indoles ab inolescendo. *Salvin.*

ςελλόμενος, [3] κατὰ τὸν αὐτομαθῆ, καὶ θυμόσοφον, ἁπλῶν Λυρικὸν, [4] τῷ μαθόντι. Τὸ δὲ ἄγχιστα, ἀντὶ τοῦ ἐγγυτάτω. ὃ ἑαυτόν ἐστι τῷ σχεδόν.

κή. Ὅτι οὐκ ἠδέσθη ὁ Ποιητὴς ἀδολεσχικῶς οἷον ταυτολογῆσαι, καὶ τρὶς ἁπλῶν αὐταῖς λέξεσι τὸν αὐτὸν καὶ ἐνταῦθα ἔννοιαν. ἃ γὰρ ὁ Ζεὺς ἔφρασε πρὸς τ' ὄνειρον, αὐτὰ ἐκεῖνα ὁ μὲν ὄνειρος ἐξέφρασε τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ βασιλεὺς τῇ γερουσίᾳ, διδάσκοντος καὶ τοῦτο τοῦ Ποιητοῦ, ὡς καὶ προεφάμεν, ἐδὲν ἦται καινὸν, καὶ τὰ καιρὸν, πολλάκις ταυτολογίᾳ χρῆται τ' ῥήτορα. Κάιται [5] Ζηνόδοτος, ὑπερπαθῶν οἷον τοῦ Ὁμήρου, καὶ προμηθάμενος, ἰάσατο τὴν τρίτην ταυτολογίαν, ἐπιτεμών, καὶ μεταγράψας οὕτως·

[6] Ἠύγα σε πατὴρ ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων,
Τρωσὶ μαχέσασθαι πρῶτα Ἴλιον. Ὣς ὃ μὲν ἁπλῶν,
Ὤρσεν ἀπαγγέλλουσαν. ἡ ἐξῆς.

Φασὶ δὲ πρὸς τοῦτον οἱ παλαιοὶ, [7] ὡς ἀδυνατέον ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν ταυτολογίαν. Τὰ γὰρ ἀπαγγελτικὰ, ἐξ ἀνάγκης δὶς, καὶ τρὶς ἀπαρτηλῆται ταῖς αὐταῖς λέξεσιν. ἦν δέ, φασὶ, καὶ ἄλλως ἀναγκαῖον, τοῖς συγκεκλημένοις βουλευταῖς διηγήσασθαι τὰ τοῦ ὀνείρου. Σημείωσαι δὲ, ὅτι, Ὁμήρου ἁπλοῦστος, ὡς ὄνειρος τάδε ἁπλῶν, ὤρσετο ἀπο-

1. Οὕτως ἀδρὸν μοι καλεῖ) Poëta: Οὕτως οἱ καλὸν ἐνώπιον, ἀντὶς ἐν ἐχέθυμῳ. Polit.

2. ἀδρὸν εἶπεν). Euripides in Æolo: Πρῶτον μὲν ἀδρὸν εἶπεν τυραννίδων. Polit.

3. κατὰ τὸν αὐτομαθῆ, καὶ θυμόσοφον) Sic apud Aristophanem in Nubibus v. 875. Θυμόσοφός ἐστι φύσει. Scholiasta: ἐκ φύσεως ἔχει σοφίαν, οὐκ ἐκ ἰδίας ἐπιμελείας σοφός, καὶ οὐκ ἐκ μαθήσεως. Iterum Aristophanes in Vespis v. 1171.

Εἶτ' Ἀριστόδικον, πολύ τι θυμοσοφώτατον·
Ὃν τινα τὸν οὖσαν, μαθόντα παρὰ μηδενός,
Ἀλλ' αὐτὸ σοφὸς φύσεως αὐτόματον ἐπιμαθῆ
Γλυττοτευχῶν.
Politus.

4. τῷ μαθόντι) Ἢ γὰρ μαθούσαν οἱ ἐκ φύσεως ἐμπαρόν, βέλτιον. ex Scholiasta Pindari. Polit.

5. Ζηνόδοτος) Zenodotus, clarus grammaticus, de quo apud Tranquillum extat Phalæcium: Ea cor Zenodoti, jacet Crantis Salvines.

6. Ἠύγα σε πατὴρ ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων) Scribebat sine dubio nobilis ille Grammaticus Zenodotus, Ἠυγα. Sed Eustathii sæpe est, in citandis carminibus, metricam legem negligere. Alibi etiam Juppiter Homero, ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων. Politus.

7. ὡς δυσκατόν ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν ταυτολογίαν) Videtur legendum, ὡς ἀ δυσκατόν. Vidi postea, sic etiam edidisse Frobenium. Polit.

est a naturâ institutus, seu qui bono præditus est ingenio, atque habili ad scientiam comparandam. Et, σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ. *Sapiens ille est, qui multa scit naturali acumine ingenii sui*. qui, ut dicam cum Lyrico, diversus est ab eo, qui scit per disciplinam, & institutionem alterius, juxta atque ὁ αὐτομαθὴς, *is, qui ex se ipso didicit*, & θυμόσοφος, *qui naturali ingenii dexteritate sapientiam est adeptus*. Porro τὸ ἄγχιστα perinde est, ut τὸ ἐγγυτάτω, *proximè*, quod idem est, atque τὸ σχεδὸν, *prope*.

XXVIII. Non pudet Poëtam, veluti ad satietatem usque sermonis, eamdem rem iterum, atque iterum repetere, & semel, atque iterum, tertioque; hoc loci, ipsis vocibus, sententiam eamdem recoquere. Quæ enim Juppiter ad somnium dixerat, ipsa illa somnium ad regem detulit, & rex ad senatum. Atque ita etiam nunc docet Poëta, quemadmodum jam a nobis prænonitum fuerat, nihil esse novi, quòd, ubi sese offert occasio, ejusdem repetitione sermonis Orator sæpè utatur. Quamquam Zenodotus, perinde quasi Homeri vicem doleret, eique vellet prospicere, tertiam hanc repetitionem verborum sic curandam censuerit, ut eam amputaret, & rescriberet ita:

Te pater ætherius, qui celsâ in sede moratur,
Oppugnare jubet Trojam. Sic ore locutum,
Alarum lapsu evanuit, &c.

Verùm contra hunc Grammaticum veteres contendunt, refugiendam minimè esse in hoc narrationum genere repetitionem sermonis. Necesse est enim, quæ renuncianda sunt mandata, ex semel iterumque & tertio, iisdem verbis revolvi: eratque, inquiunt, alioquin necessarium, convocatis senatoribus verba ipsa somnii exponere. Quoniam verò narrat de somnio Homerus, ut, mandatis hisce expositis, avolando

abie-

eos ad audaciam erigant. Hoc igitur loci Agamemnon, quoniam, irato Achille, ſuſpectos habet Græcos: primùm, inquit, verbis tentabo, quatenus fas eſt, & fugere eos cum longis navibus jubebo. Vos autem hinc inde inhibete. Putat enim, Græcos de induſtriâ fortaſſis omnia ſegniùs, ac negligentiùs agere, quòd Achilles, qui conſtitutus erat ſummus belli gerendi adminiſtrator, ab eo munere deſtitiſſet, & ideircò eò animum adjicit, ut ſimulet, ſeſe velle domum redire, perinde quaſi conſilium de capiendâ jam Trojâ abjecerit. Quoniam verò metus ſubeſt, ne Græci tandem, hac libenter admiſſâ oratione, animum ad reditum applicent, id conſilii dat Optimatibus, ut concioni huic regis intercedant, atque obſiſtant.

XXX. Et bonum quidem hoc eſt conſilium, atque, juxta Homerum, ſolidâ plenum prudentiâ, & imperatore verè dignum. Verumtamen parùm abfuit, quin infelicem admodum exitum res haberet: quippe quum, ad orationem regis, permotus populus ſimul fuerit a deſiderio ſuorum, ut de reditu cogitaret. Nec jam ideirco conſilium regis reprehendendum. Non enim ex eventibus bona, aut etiam mala, ſemper dijudicanda. Quandoquidem, ut Herodotea illa muſa admonet, bene conſultare, lucrum eſt. Etſi enim quid adverſi accidit; nihilo tamen minùs bene conſultatum eſt; ſed ſuperatum eſt conſilium a fortunâ. At qui malè conſultavit, ſi res ei proſperè cadat, lucrum inſperatum invenit: & nihilominus malè ab eo conſultatum eſt. Itaque ne hoc quidem loci judicium ex eventu ferendum eſt; ſed laudandum eſt conſilium, eò quòd peractum ſit id, quod rex volebat. Expertus enim eſt, ut pugnam Græci detrectarent; & poſtquam eos per duos ſapientes viros, Ulyſſem, ac Neſtorem, qua minis, qua verberibus, necnon magnâ ex parte placidis, ac mollibus, jam verò etiam probroſis verbis, revocavit, ac coërcuit, non modò eosdem detrectan-

ϖῆ, Ἀχιλλέως μηίσαντος, ὑποστοτους ἔχη τοὶς Ἀχαιοῖς· ϖρῶτο ἔσεσι ϖειρήσομαι, φησὶν, ἢ θέμις ἐστὶ, καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ ϖολυκλήϊσι κελεύσω. ὑμεῖς δὲ ἄλλοθεν ἄλλος κωλύετε. Οἶεται γὰρ, ἐθελοκακεῖν λυχόν τὰς Ἕλλωας, διὰ τὼ τῆ ϖολεμάρχω Ἀχιλλέος ἀργίαν, καὶ διὰ τῆτο ϕήλη χρηματίσασθαι τ οἰκαδε ἀϖόϖλων, ὡς ἤδη ἀϖογνὸς τὼ Τροίης ἄλωσιν. Ἐϖὴ δὲ ὕϖνος ἦν δέος, μή ϖοτε ἡδέως οἱ Ἕλλωες τ λόγον ϖροσκάμωσι, ὁρμήσωσιν ἀϖοϖλεῖν, συμβουλεύη τοῖς γέρουσιν, ἵνα κωλύσωσιν, ἀντιστάντες τῇ τῆ βασιλέως δημηγορίᾳ.

λ'. Καὶ ἔστι μὲν ἡ βουλὴ αἰσθὴ, καὶ, καθὰ τ Ὅμηρον, ϖυκινὴ, καὶ τῶόντι στρατηγικὴ. Τὸ δὲ ϖρᾶγμα, μικρῶ δεῖν ὡς μέγα κατέστρεψεν ἂν κακὸν, οἷα τῆ ὄχλω ἅμα τῷ λόγῳ τῆ βασιλέως, ὑϖοκινηθέντος ὡς ἀϖόϖλων, ϖόθῳ τῶν οἴκοι. Καὶ ὡς ἤδη διὰ τῆτο μεμϖτέον τὼ βασιλικὼ ζυλὴν, ὑ γὰρ ἐκ τῶν ἀϖοτελεσμάτων ἀὴ κρίσεως τὰ καλὰ, ἤτε καὶ ϕαῦλα. ϛ Κατὰ γὰρ Ὼ Ἡροδότειον μῦσαν, εὖ βουλεύεσθαι, κέρδος. Εἰ γὰρ καὶ εἰαντιωθῆ τι, βεβούλευται μὲν ὐδὲν ἧσσον εὖ· ἥσσηται δὲ ὑϖὸ τ τύχης τὸ βούλευμα. Ὁ δὲ βουλευσάμενος κακῶς, ἐὰν εὐτυχήσῃ, εὕρημα εὕρηκεν. ὐδὲν δὲ ἧσσον κακῶς βεβούλευται. Οὔκουν ὐδ' ἐνταῦθα ἐκ τῆ ἀϖοτελεσθέντος γνωματευτέον· ⁴ ἐσαμετέον δὲ τὸ βούλευμα, διότι, ὅϖερ ἤθελεν ὁ βασιλεὺς, ἔπραξαι. Πεϖείραται γὰρ, ὅϖως οἱ Ἕλλωες οἴκοισι Ὼ μάχω, καὶ ἀναλαβὼν αὐτὰς, διὰ τῶν δύο σοφῶν, Ὀδυσσέως τε, καὶ Νέστορος, τὰ μὲν, ἀϖειλαῖς, τὰ δὲ, ϖληγαῖς, ϖολλὰ δὲ καὶ λόγοις μαλθακοῖς, ἤδη δὲ καὶ ὀνειδισμοῖς,

1. λύσ ϖεδήσας) Somni proprium eſt, oculos molli, ut eſt in Europæ Idyllio, vinculo deligare. Dulciſſimi, ſuaviſſimique verſus in Idyllii initio ii ſunt:

Ἔνθ' ἔνι γλυκίων μείζων βλεφάροισιν ἐείζων.
Λυσιμελὴς ϖεδάοι μαλακῷ κόμα φάρμακον ὕπνῳ.
Salvinus.

1. ὑσσω) l. ὡς σῶ. Frobenius, ὄζειν. Polit.

3. Κατὰ γ τὼ Ἡροδότειον μῦσαν) Polyænum l. 7. num. 10. Polit.

4. ἐσαμετέον ϧ τὸ βούλευμα, διότι &c.) Ut enim Græcorum legati ajunt ad Gelonem apud Herodotum l. 7. n. 157. Τῷ ϧ ἐϖ' ἔργοισι ϖρήγματι ϖολλὸν ὡς ϖρώτοισι χρεωμένῳ ἐϖιτίθεσθαι. Polit.

σχετλιαστικόν. ᾗ τὸ πῶν χρονικόν. ᾗ τυπὴ
ἀντὶ τῆς ἀρτίως, ἐν ἑνὶ τόπῳ. ὃ ᾗ φασὶ μόνῳ
παρωχημένῳ συντάσσεσθαι. Τὸ δὲ πολυκλήϊσι,
[4] προπαροξυτόπως ἀναγινώσκουσιν οἱ πα-
λαιοί. Ἐφ᾽ μὲν γὰρ ὀξυτόνως κλεὶς ἡ ναυτικὴ
Βας. p. 132. καθέδρα, παρὰ τὸ κλῶ, ἔνθα κλᾶται τὸ σῶ-
μα συγκαμφθέν· ἡ δὲ σύνθεσις βαρύνει αὐτό·
ᾗ γίνεται [5] πολυκλήϊς πολυκλήϊδος, ὡς πο-
λυψήφιδος, μελαγκρήπιδος. Ἰστέον δέ, ὅτι
πολυκλήϊδες νῆες, οὐ μόνον αἱ πολυκάθεδροι,
κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν ἐτυμολογίαν, ἀλλὰ ᾗ μᾶλ-
λον, αἱ πολυκλήδωτοι, παρὰ [6] τὴν κληῖδα,
ἤτοι, κοινῶς τὴν κλεῖδα. Πολυκλήδωτοι γὰρ
ἀληθῶς αἱ νῆες, διὰ τὸ πολυγόμφωτον, ᾗ εὐάρ-
μοστον. Ταυτὸν δέ, κατὰ τοὺς παλαιούς, κλεὶς
ᾗ ἐδώλιον. Γενικὴ δὲ τῆς κλεὶς, κλεῖδος, καὶ
συναιρέσει, κλῆδος, ὡς Νηρῆδος. ὅθεν ἡ κλῆδων
θρόνοι παρὰ Λυκόφρονι. Δοκεῖ δὲ ᾗ ὁ τῆς ἠρε-
σίας ζυγὸς, ἐδώλιον εἶναι. Τὸ δὲ ἄλλοθεν, σημει-
ωδὲς ἐστὶ τοῖς παλαιοῖς, ὡς προπαροξυτό-
μενον. οἱ ᾗ λέγουσι καινοῖς ἤθεσι. [7] Τὰ εἰς θεν
ἐπιῤῥήματα, τῷ ὁ μόνῳ παραληγόμενα, παρο-
ξύνεται. [8] κυπρόθεν, ἰλιόθεν, αὐτόθεν, ἀβυδόθεν. Τὸ ἄλλοθεν, πάντοθεν, οἴκοθεν, προπαρο-
ξύνεται, διότι ἀόριστά εἰσι, ᾗ κατὰ τὸ ἴσον σημασίαν ἀναδέχονται. Ἕτεροι δέ φασιν ἀπλῶς,
ὡς πάντα τὰ εἰς θεν παροξύνεσθαι, χωρὶς τῶν
ῥηθέντων τριῶν, ὡς σεσημειωμένων.

λβ'. Ὅτι

1. τὸ μὲν ᾧ πάντ᾽ ἤδειν, σαφὲς τῷ ι χρόνῳ νῦν οἱ Τεχνικοί) Hic, & ἄδην, subintelligi tui χρόν. Integra locutio est, ἐν ᾧ, ἐν ᾧ ἄδην χρόν. quare merito jota subscribitur. Sic quæ à tenebris loci apud Latinos est idem ac quæ parte, quæ regione. Verùm differentiæ rationem non video, cur in τῷ ὃ δηλως ἔχει, τὸ ᾧ sine jota subscripto exaretur. Quid sit est, ᾧ subintelligitur, μοίρᾳ, μοίρᾳ, vel quid simile. Salvinus.

2. Ὦπαῖ τίς ὦ πόλισσα) Versus Euripidis in Phœnissis, ad quem Scholiastes: Ὦπαῖ, τῶν καὶ ἐπὶ χαρᾶς λέγεται, ᾗ ἐπὶ φόβου, ᾗ ὀδύνης, ὡσπεῖδε ὁ ἐπὶ χαρᾶς. Polit.

3. τὸ ὦ παῖ χαλκοχίτων) Ut illud: Obe jam satis est, obe puella. Salvin.

4. προπαροξυτόνως σημειούσαντιν οἱ παλαιοί) Apud Hesychium tamen legas προπεριστωμένως, πολυκλήϊσι. quod ipse exponit πολυκληΐδεσσι, πολυζύγοις, τοῖς ναυσὶν, διὰ ? κλεῖσθαι ἐν αὐταῖς τὰς ἐρέσσοντας. At apud Suidam παροξύνεται, πολυκλήδοις. Polit.

5. πολυκλήϊς) Josua Barnesius, πολυκλεῖς. quam tamen Homerus τὸ ῐ producit in πολυκλήϊσι κλείθρου. & ἰδυίης apud eumdem Poëtam occurrat, ultimâ longâ, lib. ω Il.

Ἀντίθεον ἀρτιφόνοιο δυίης ἀρηΐφιλον.

Polit.

6. παρὰ τὴν κλεῖδα) l. προπεριστωμένως, κλεῖδα. Polit.

7. Τὰ εἰς θεν ἐπιῤῥήματα) Adverbia in θεν sunt adverbia de loco: οὐρανόθεν, οὐρανὸς, cœlitus. οἴκοθεν, inde. ὄθεν, unde. Ἀθήνηθεν, Athenis, &c. Salvin.

8. κυπρόθεν) l. κυπρόθεν, ut bene Frobenius. Polit.

per, πάντ. quod construi tantummodò affirmant cum Præterito Perfecto. Cæterùm τὸ πολυκλήϊσι, *multa transtra habentibus*, veteres legunt cum accentu in antepenultimâ. Nam, etsi oxytona vox sit κλεὶς, ideſt, *sedes nautica, seu transtrum*, a κλῶ, *frango*, in qua frangitur, ac luxatur inflexum corpus; compositio tamen eam ipsam vocem gravat: & fit πολυκλεῖς, *multa transtra habens*, πολυκλεῖδος, *multa transtra habentis*, ut πολυψήφιδος, *multos habentis lapillos*; μελαγκρήπιδος, *nigras habentis crepidas*. Verumtamen sciendum, naves πολυκλήϊδας, non modò eas intelligendas, quæ multis sedibus, seu transtris, instructæ sunt, juxta etymologiam illam, quam dicebamus; verùm etiam potiori jure, τὰς πολυκλῄδωτους, *multum clausas, atque obseratas*, a κληῖς, quæ communi linguâ dicitur κλεὶς, *clavis*. Verè enim multùm clausæ naves, quòd multis clavis compactæ sint, aptèque commissæ. Cæterùm, juxta antiquos, idem est κληῖς, atque *transtrum*, seu *sedes nautica*. Genitivus verò τῆς κληῖς, est κληῖδος, *transtri*, & per synæresin, κλῆδος, ut Νηρῆδος, *Nereidos*, unde τὸ κλῆδων θρόνοι, *transtrorum sedes*, apud Lycophronem. Transtrum autem videtur esse, jugum, seu tabula remigii. Deinde τὸ ἄλλοθεν, *aliunde*, notatione dignum visum est veteribus, quòd accentum acutum habeat in antepenultimâ. qui & regulam afferunt hujusce modi: Adverbia in θεν, quæ in penultimâ habent dumtaxat τὸ ῐ, habent item in penultimâ accentum acutum: Κυπρόθεν, *e Cypro*, Ἰλιόθεν, *ex Ilio*; Αἰνίθεν, *ex urbe Æno*, Ἀβυδόθεν, *ex Abydo*. Acuuntur in antepenultimâ, τὸ ἄλλοθεν, *aliunde*, πάντοθεν, *undique, ex omni parte*, οἴκοθεν, *e domo*: propterea, quòd interminata hæc sunt, communemque loci significationem suscipiunt. Alii verò generati n docent, omnia definentia in θεν acui in penultimâ, præterquam tria illa, quæ diximus, quippe quæ excepta fuerint.

XXXII. Hoc

γυναῖ⊙. renunciata mihi nobilis. & Φωκάων ὀλώτα-τ⊙ ὀδμή. Phocarum maximè exitialis odor. & πικρὸς ὀδμή. acer, sive acerbus odor. & ἀκοὴ λί-χν⊙. auditio vorax. & πρὸς δάμαρτα. mortuam conjugem. h. e. uxorem. & in aliis sexcentis hujus generis. Pylus porrò ἠμαθόεις, arenosus, sive arenosa, vel quæ terram habet arenosam, sive subarescentem (hujuscemodi enim est arena) vel quam amnis circumfluit nomine Amathus, ut tradit Geographus his verbis: *Amathus, amnis circa Pylum, a quo Emathois videtur vocari ipse.* videlicet Pylus. Ceterùm fabulosam totam ibi esse regionem, aut Pylum, falsò ille perhiberi affirmat. Quin etiam nonnulli, quum tres Pyli esse referantur, circa unamquamque earum urbium amnem fluere volunt Amathum. Verùm hac de re sermo redibit in Bœotiâ.

τῷ, ² κλυτὸς Ἰασοδάμνα. καὶ, ἀγγελθῆσα μοι γενναῖος. καὶ, Φωκάων ὀλώτατος ὀδμή. καὶ ³ πικρὲς ὀδμή. καὶ ἀκοὴ λίχνος. καὶ πρὸς δάμαρτα. καὶ ἐν ἄλλοις μυρίοις. Ἠμαθόεις δὲ Πύλος, ἢ ἡ γῆν ἀμαθώδη ἔχουσα, ἤτοι ὑποξηρον (τοιοῦτον γὰρ ἡ ἄμαθος,) ⁴ ἢ ὡς ἂν ποταμὸς ῥέῃ καλούμενος Ἄμαθος, ὡς φησιν ὁ Γεωγράφος, λέγων· Ἄμαθος ποταμὸς πρὸς Πύλον· ἀφ' ἧς Ἠμαθόεις δοκεῖ καλεῖσθαι αὐτός. ἦν ὁ Πύλος. Τὸ δὲ ἀμαθώδη πᾶν ὅλως ἐκεῖ χώραν, ἢ τὴν Πύλον εἶναι, ⁵ ψεῦδος ἐκεῖνος εἶναί φησι. Τινὲς δὲ καὶ τριῶν Πύλων ὄντων, πρὸς ἑκάστην αὐτῶν, ποταμὸν ῥέειν φασὶν Ἄμαθον. εἶναι δὲ τοῦτο μίαν καὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ.

O amici, Argivorum duliores, & præfecti,
Siquis somnum Achivorum alius dixisset,
Mendacium diceremus, & recederemus petiti.
Nunc autem videt, qui longè præstantissimus in exercitu se dicit,
Quare agite, singuli modo armemus Achivos.
Sic locutus, concilio expiè excedere.
Illi verò assurrexerunt, parueruntque pastori populorum
Sceptriferi reges. Accurrebant autem copiæ.
Sicut examina prodeunt apum frequentium,
Petrâ ex cavâ semper recens venientium,
Et, instar racemi, volant supra flores vernos,
Et alia hac confertim volant, alia illac:
Sic horum gentes multæ ex navibus, & tentoriis
Littus ante altum ordine procedebant
Turmatim ad concionem. Inter eos autem fama radiabat,
Incitans ad eundum Jovis nuncia. Illi verò congregabantur,
Tumultusque plena erat concio, & subter gemebat terra
Populis sedentibus, strepitusque erat. Novem porrò ipsos
Præcones vociferantes cohibebant, ut aliquando a clamore
Desisterent, & Jovis alumnos reges audirent.

Ὦ φίλοι, Ἀργάων ἡγήτορες, ἠδὲ μέδοντες,
Εἰ μέν τις Δ.ναῶν Ἀχαιῶν ἄλλος ἐνίσπε,
Ψεύδεός κεν φαίμεν, καὶ νοσφιζόμενοι μάλλον.
Νῦν δ' ἴδεν, ὃς μὴν ἄριστος ἐὼν ἐνὶ φρεσὶ τῷ ἑῷ αὐτῷ.
Ἀλλ' ἄγετ', αὐτέν πως θωρήσσωμεν ὦμα Ἀχαιῶν.
Ὣς ἄρα φωνήσας, βουλὰς ἐξῆρχε νέεσθαι.
Οἱ δ' ἀναίξαντες, σκήπτρα τε τιμήεντα λαῶν
Σκηπτοῦχοι βασιλῆες· ἐπισσεύοντο δὲ λαοί.
Ἦντε ἰόντα νέας μελισσάων ἀδινάων,
Ἐκ πέτρης εὐ γλαφυρῆς αἰὲν νέον ἐρχομενάων,
Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἀνθεσιν ἠαρινοῖσιν·
Αἱ μὲν τ' ἔνθα ἅλις πετάονται, αἱ δέ τε ἔνθα·
Ὣς ἀπὸ νηῶν τε καὶ κλισιάων
Ἥνων πρηυτάτων βαθέας ἐρίηλθον
Ἀγυιὰς ἐς ἀγορήν. μετὰ δέ σφισιν ὦρτο ἰδυῖα,
Ὀτρύνουσ' ἴέναι, Διὸς ἄγγελος. οἱ δ' ἀγέροντο·
Τετρήχει δ' ἀγορή, ὑπὸ δ' ἴαχε γαῖα
Λαῶν ἱζόντων, ὁμάδος δ' ἦν. ἐννέα δὲ σταχες
Κήρυκες βοόωντες ἐρήτυον, αἴ κεν αὖτις
Σχόλαι', ἀκούσαν δὲ διοτρεφέων βασιλήων·

Rom. p. 175.

XXXIII. Ἡγή-

λγ'. Ὅτι

1. ἀλίσιος Ζακύνθου) Virg. *nemorosa Zacynthus*. Salvinus.

2. κλυτὸς Ἰασοδάμνα) ὡσεὶ ἡ, κλυτὴ, ὅ ἐστιν, ἐνδοξοτάτη. ex veteri Scholiastâ. *Polit.*

3. πικρὸς ὀδμὴ) graveolentia. *Salvin.* Homerus, πικρὸν ὀδμήν. Polit.

4. ἢ περὶ ὧ ποταμὸς ῥέει) περὶ etiam legisse in Strabone videtur is, qui Chrestomathiam ex Strabone excerpsit: quippe qui sic refert ex lib. 8. Περὶ ἧ πόλιν τὴν Πύλον ῥεῖ ποταμὸς Ἄμαθος καλούμενος. Sed hodie apud Strabonem pro περὶ legimus παρὰ· ut hoc modo Amathus fluvius Pylum urbem *praterfluere*, seu *praterlabi* significetur. Sic enim Geographus: Οὐ δὲ ἡ πόλις ἧ, οὐδὲ παρ' αὐτὴν ῥεῖ ὁ Ἀλφειὸς· ἀλλὰ παρ' αὐτὴν μὲν ἐπῆρ⊙, ὃν οἱ μὲν Πάμισον, οἱ δ' Ἄμαθον καλοῦσι· ἀφ' ἧ καὶ ὁ Πύλ⊙ Ἠμαθόεις ἐρρέθη ἀν⊙ δοκῶ. Δοκῶ, inquit. Non enim, ut certam, causam hanc affert appellationis. Quare etiam posteriùs non improbandum censet, siquis a fabulo Pylum vocatum velit Emathoëntа. Hinc Hesychius: Ἠμαθόεσσα, ἡ ἀμμώδης, ἢ παρὰ τὸ ἄμαθον ἔχουσα, ἐξ ὧ ὁ πελάσαμ⊙ δηλοῦται· ἢ παρ' ὃ ῥεῖ Ἄμαθ⊙ ποταμός. Unde apparet, Hesychium quoque legisse apud Geographum, παρὰ, non περί. Sic & idem Strabo non longe ab eo loco: ἡ παραῤῥέουσ⊙ ποταμὸ φησὶν ὄρος, Ἀμάθου καλούμενον ὑπάρχον. Politus.

5. ψεῦδ⊙ ἐκεῖν⊙ εἶναί φησι) Strabo falsum esse, Pylum esse arenosum, non ex suâ, sed ex aliorum opinione refert. *ait enim*, inquit. *Salvinus.*

6. Πίξης τε γλαφυρῆς) *Pumicibusque cavis, excisaque arboris antro.* Quod Virgilius dicit, *pumicibus cavis*, expressum est ex Homerico, Πίξης τε γλαφυρῆς. Polit.

σὺν οἱ παλαιοί.

λδ'. Ἰξέον δέ, ὅτι Νέςορος ὑποπόντος, ὡς ἡ μέν τις ἄλλος τῶν Ἀχαιῶν ἔπε᾽ ἀ ῥηξέτατα ὄνειρον, ψεῦδος ἂν φαῖμεν, ἰδλέςι, ἔφημεν, καὶ τοσφιζοίμεθα μᾶλλον, ἰδλέςι, χωριζοίμεθα, πόῤῥω γενοίμεθα, ὡς προδεδήλωται· Νῦν δὲ ἴδεν, ὃς μέγ᾽ ἄριςος ἐν ςρατῷ εὔχεται εἶναι· δοξάζει φήσεται ὁ Ποιητὴς, τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὀνείρους ὡσεπερισολὴ ἀληθᾶς εἶναι· ὥςπερ δὴ καὶ ἐνταῦθα. Εἰ μὲν γὰρ ὁ τυχὼν, φησὶν, ἄνθρωπος ἔφη τὸ ὄνειρον, ἴαχ᾽ ἂν ἐνομίσθη ψεύδεσθαι. Ἐπεὶ δὲ Ἀγαμέμνων, ὁ διοτρεφὴς, καὶ διογενὴς, ἴδεν αὐτὸν, ἐκ ἀπεικὸς, τῷ τοιούτῳ ἀληθῆ Διὸς ἄγγελον ὄνειρον, ὡς ἀγχιθέῳ, καὶ ἀπεμφῆναι. Κάτα τινὲς ἄλλως εἰπεῖν τὸν λόγον ἔπεσιν εἶναι τὰ Νέςορος, ἢ κολακευτικὸν λέγοντες, ὡς ἂ κατὰ διαφορὰν οἱ δυναλώτεροι τῶν ἀληθῆς ὀνείρους ὁρῶσιν. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλον τρόπον οἱ παλαιοὶ φασὶν, ἀληθεύειν ἂν τὰ τῦ βασιλέως ἐπὶ τοιούτας ὄνειρον. Οἷς γάρ, φασιν, οἰκεῖον τὸ μεριμνᾶν, τούτοις ἀληθᾶς αἱ θεόθεν ἐμφάσεις· τοῖς δ᾽ ἀπὸ τοῖς οἰκεῖον καὶ τὸ ἀληθεύειν ἐπὶ τῇ αὐτῶν ἀφηγήσει. Οἷς γὰρ ἡ ἀπολυχία κίνδυνον φέρει, ἐκ ἂν οἱ τοιοῦτοι ψεύσωνται. Διόπερ ἐκ ἂν ὁ Ἀγαμέμνων, ἐφ᾽ οἷς ἰδὼν λέγει, ψεύσεται. Καὶ μὴν καὶ ἄλλως ἐπεῖν, ἀ ψευδᾶς τὰς τῶν ἄλλων ὀνείρους ὁ Νέςωρ λέγει, οἷα μόνων τῶν βασιλικῶν ἀληθευομένων· ἀλλ᾽ ἐκείνας μὲν, ὑποπτους εἶναι, καὶ μᾶλλον φησὶ τοσφιζομένας, ἤτοι χωριζομένας πίςεως· τὰς δὲ βασιλικὰς, ἀ τοιούτους εἶναι. Τίνι γὰρ ἂν χαριζόμενος ὁ βασιλεὺς μείζονι, ψεύσηται;

λέ. Ἔτι

possidet. Quomodo autem τὸ νίφι, *seorsum*, fiat ex ἴς, ἰνὸς, *fibra*, *fibræ*, unde ἴνεφι, & per aphæresin, ac syncopen, νίφι, veteres declarant.

XXXIV. Ceterùm, quum Nestor verba hæc faciat: *Siquis alius Græcorum visum hoc retulisset*, ψεῦδος ἂν φαῖμεν, hoc est, ἔφημεν, *mendacium diceremus*, *& magis* τοσφιζοίμεθα, *recederemus*, *seu disjungeremur*, *procul essemus*, quemadmodum supra explicatum est. *Nunc verò vidit*, *qui longe præstantissimum in exercitu sese esse gloriatur*; sciendum, videri Poëtam in eâ esse opinione, ut bonorum virorum somnia, vera ut plurimùm esse arbitretur: sicuti certè & hoc loci. Siquis enim, inquit, de vulgo homo somnium hoc retulisset, mentiri is fortasse existimaretur. Quum verò id ipsum viderit alumnus ille Jovis, oriundusque ab Jove, Agamemnon, non alienum est a fide veritatis, hujuscemodi viro, tamquam dei propinquo, & necessario, verum Jovis nuncium, somnium missum fuisse. Quamquam aliter nonnulli simplici quodam sensu verba hæc Nestoris acceperint, vel ea deservire dixerint adulationi: quasi scilicet, sine ullo prorsus discrimine, reges, ac principes vera videant somnia. Ad hæc, alio etiam modo ajunt veteres, verum esse posse, quod in hoc statu, & hac rerum conditione, visum regi oblatum est. Quibus enim, inquiunt, insitum est a naturâ, ut anxio sint animo, ac sollicito, his oblata divinitus visa, sunt vera; iisdemque etiam familiare, ac proprium est, in iis visis enarrandis esse veraces. Nam quibus frustratio ipsa periculum affert, ii, fieri non potest, ut mentiantur. Quocirca ne ipse quidem Agamemnon mentietur ob ea, quæ vidisse sese affirmat. Jam verò, ut id etiam aliter explicemus, non falsa ceterorum aliorum somnia Nestor esse dicit, perinde quasi regum tantummodò somnia sint vera: sed illa quidem suspecta esse ait, & quidem certè μᾶλλον τοσφιζομένας, *magis disjuncta*, sive dissita, ac remota a fide; regum verò somnia non esse hujuscemodi. Quis enim dignitate umquam, ac potentiâ præcellat regi, ut ad gratiam ejus aucupandam, ipse sibi rex mentiendum esse existimet?

XXXV. Præ-

1. μίσεως οἱ βασιλῆς) Hesychius: Μίσεων, βασιλέων, ἐπιτιμίων. Polit.

2. τὸ ἰδιοτρόπως, τοσφίζεσθαι λέγεται) Hesychius: Νοσφίζεται, ἰδιοτρόπως, ἀλλότριος, ἀποχωρεῖ, ἀφωρίζει, χωρίζει. Polit.

3. ἀλλοῖον οἱ παλαιοί) Qui sunt hi veteres ab Eustathio laudati? Ab ἴς, ἰνὸς fit fortasse ἴνεφι, & ab ἴνεφι derivantur per syncopen ἴφι, hoc est, νί, idest, *violentè*. Virg. *Fit via vi*. Sed quid ἴς, *fibra*, *vis*, cum τῷ νίνεφι, *seorsum*? Etymologus certè aliud etymon affert, quod rem propiùs attingit. Eum vide. *Salvianus*.

ſciunt, nec inquirunt? Ac fortaſſe, quidquid hujuſce eſt difficultatis, ſolvit in editione ſuâ Zenodotus. Ille enim, ut paullò ante dictum eſt, non verba ſcribit regis enarrantis ſomnium eo modo, quo Juppiter denunciaverat; ſed verba ipſa contrahit, ac concidit. Quare nec ii, qui in conſilium vocati fuerant, intellexerunt, eo quòd verba illa minimè audiſſent. Unde nec dementes ſunt, aut ſtulti. Atque hoc quidem non eſt præter ſimilitudinem veri. Elegantius tamen, magiſque ſcitum eſt dicere, videri per Ulyſſem factum eſſe, ut optimates juxta, atque ipſe rex, ſomnium minimè intellexerint de bello, ipſo eodem die, penitus conficiendo, ut ipſe ille poſtea palam facit, ubi, nullo definito tempore, ait: *manete ad tempus*. Et, *nunc ſcilicet omnia perficientur*. Neque ergo ipſe ſtultus, neque qui ei conſiliarii aſſident, ut videtur.

XXXVI. Quin etiam vide, quo regem ſtudio Neſtor proſequatur, quum longè eum optimum, ac præſtantiſſimum appellet. Quamquam autem ſic eum ferè Achilles vocavit, cum multò præſtantiſſimum eum in exercitu eſſe dixit; tamen illud alterius modi omnino eſt, neque ex animi ſententiâ prolatum, neque eamdem vim habet, atque id, quod ait Neſtor. Non enim æquè perhonorificum, ac decorum, quod indefinitè dictum eſt, πολὺ ἄριστος, *multò præſtantiſſimus*, atque τὸ μέγα ἄριστος, *eximiè præſtantiſſimus*. Ceterùm τὸ φᾶμεν, *diceremus*, per ſyncopen eſt ex φάιμεν. ex quo tertia perſona φαῖεν, *dicerent*. Simili autem, atque hoc, ratione ſeſe habent, τὸ δοῖμεν, δοῖεν, *daremus*, *darent*: τὸ σταῖεν, *ſtarent*, τὸ τυφθῆεν, *vapularent*, & quæcumque ſunt alia hujus generis. de quorum item numero τὸ ξυγγνῶμεν ἡμαρτηκότες. *conſcii nobis eſſemus, nos peccaſſe*. cujus prorſus tertia perſona, ξυγγνῶεν, *conſcii eſſent*. Sicuti etiam tertia perſona τὸ εἰδῶμεν, *ſciremus*, eſt τὸ εἰδῆεν. *ſcirent*. Ad dignitatem, majeſtatemque principis pertinet illud: *Sic locutus, conſilio cæpit excedere*: videlicet, initium ipſe dedit conſiliariis prodeundi ad concionem. Τὸ ἐπανέστησαν, *inſurrexerunt*, quemadmodum ſupra dictum eſt, apud recentiores diſcordiam contentionemque ſignificat, ut cum populus dicitur ἐπανίστασθαι τῇ ἀρχῇ, *in principem inſurgere*. Verumtamen Poëta ἐπανέστη, aſ-

ἦ, ὡς μὴ ἐπιστήσας τῷ τὸ ὄνειρον σκοπῷ, διατί μὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ συναλισθέντες, μηδὲ βασανίσαντες; Καὶ ἴσχε λόγον τὸ ἰδιότατον ἄτοπον ἡ τῆς Ζηνοδότου γραφή. Ἐκεῖνος γὰρ, ὡς πρὸ ὀλίγου ἐρρέθη, ἃ γράφει τὸ βασιλέα ἐξηγησάμενον τὸ ὄνειρον, ὡς ἐκ τοῦ Διὸς ἐμπύθη· ἀλ- *Rom. p. 176.*
λὰ συνέτεμε τοῖς φράσιν. Διὸ οἱ βουλευταὶ, ὡς μὴ ἀκούσαντες, οὐδὲ ἐνόησαν. Ὅθεν οὐδὲ νήπιοι εἰσίν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν, οὐκ ἔξω παθητότητος· χαριέστερον δέ ἐστιν ἡσῖν, ὅτι φαίνεται διὰ τοῦ Ὀδυσσέως, μὴ νοηθῆναι ὑπὸ τῶν γερόντων τὸ ὄνειρον ὁμοίως τῷ βασιλεῖ αὐτῷ τοῦ αὐθημερὸν τελεσθῆναι τὸ πᾶν, ὡς δηλώσει ἐν τοῖς ἑξῆς αὐτὸς ἐκεῖνος, ἐν τῷ λέγειν ἀορίστως μάλα ἐσὶ χρόνου. καὶ, τὼν δὴ πάντα τελεῖται. Οὐκοῦν νήπιος ἦτ' αὐτὸς, οὔθ' οἱ καθ' αὐτὸν, ὡς εἰκός.

λς'. Ὅρα δὲ καὶ, ὅπως φιλοβασιλεὺς ὁ Νέστωρ, μέγα ἄριστον αὐτὸν λέγων. Καὶ ἦσεν μέν τι τοιοῦτον καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς, ὅτε πολλὸν ἄριστον αὐτὸν ἐν τῷ στρατῷ ἦσεν εἶναι· ἀλλ' ἐκεῖνο ἀσυναλείας τε ἦν διαθέσεως, καὶ οὐκ εὐδιαθέτου, καὶ οὐδ' ὡς ἰσχνὸν εἶκε τῷ τοῦ Νέστορος. Οὐ γὰρ οὕτω πάντα σεμνὸν ἀορίστως λεχθεὶς, τὸ πολλὸν ἄριστος, ὡς τὸ μέγα ἄριστος. Τὸ δὲ Φᾶμεν, ἀπὸ τοῦ Φάημεν συνεκόπη. ἐξ οὗ Φαῖεν τὸ τρίτον. Ὅμοια δὲ τούτῳ, καὶ τὸ δοῖμεν δοῖεν, καὶ τὸ σταῖεν, καὶ τὸ τυφθῆεν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐν οἷς καὶ τὸ, ξυγνοῖμεν ἡμαρτηκότες. εἰ πάντως τὸ τρίτον, ξυγνοῖεν. ὡς καὶ τοῦ εἰδῆμεν, τὸ εἰδῆεν. Ὅτι ἀρχικὸν τὸ, Ὡς ἄρα φωνήσας, βουλῆς ἐξῆρχε νέεσθαι. ἦγεν ἀρχὴν αὐτὸς ἐνέδωκε τοῖς βουλευταῖς προϊέναι εἰς ἀγοράν. Ὅτι τὸ ἐπανέστησαν, ὡς καὶ προήρηται, παρὰ μὲν τοῖς ὕστερον, ἔριδός ἐστι δηλωτικὸν, ὡς ὅτε ὁ ὄχλος ἐπανίστανται τῇ ἀρχοῦσι λέγεται. Ὁ μέντοι Ποιητὴς ἐπανέστησαν καὶ νῦν λέγει, τὸ κα-

ἠ-

Tt

1. νὼν δὴ πάντα τελεῖται) Homerus v. 330. τὸ δὴ τοῦτ' πάντα τελεῖται. Politus.

ἐπαγγέλας ποιητική, ἡ πολυωφελίας ὑπόθεσις ποιητική. Ἔργον δὲ αὐτῆς, καὶ ἡ διδάσκειν ἀμυθήτως τὰ ὑποκείμενα πράγματα, ἕνεκα τοῦ χάριν τοιαῦτα παρείληπται. Ὁ γὰρ ἀκούων, ὅτι ὁ Ἕκτωρ μάλα προθύμως ἔσχεν ἀμύνασθαι τὸν Ἀχιλλέα, ἔτι τε Ποιητοῦ ἀποντος ἀκούσας, ὅτι, ὥσπερ δράκων ἑρπετὸς, βεβρωκὼς κακὰ φάρμακα, μένει ἄνδρα, ἐὰν δέ μιν χόλος ἀμφὶς, ἵστως ὁ Ἕκτωρ, ἄσβεστον ἔχων μένος, οὐχ ὑποχώρει· ἐὰν διέλθῃ πάντως σὺν τῇ τοιαύτῃ τοῦ δράκοντος ἱστορίᾳ καὶ τῷ πολλῷ προθύμῳ τοῦ Ἕκτορος. Ἔστιν οὖν παραβολὴ, λόγος πίστεως ἕνεκα τῆς καθεκάστην γινομένων τὰ λεγόμενα· ἢ λόγος διδάσκων, καὶ πίστεως τὸ ὑποκείμενον ἐκ τῆς ἀνθρώπων αἰεὶ γίνεσθαι. Λέγεται δὲ παραβολὴ, διότι τοῖς λεγομένοις παραβάλλει, τετύχοι, συγκρίνει, καὶ παρατίθησι πρᾶγμά τι γνώριμον ἀνθρώπου αἰεὶ γίνεσθαι. ὅπερ ἐφίλει ποιεῖν Ἡσίοδος γνωριμώτερον ἦναι τοῖς, ἅτε ὁ παρείληπται. Κακία γὰρ παραβολῆς, τὸ ἀγνωστον, καὶ ἀσύνθες. ὡς ὁ αἰεὶ τοῦ Χαρίλλου κακίζοντος παραβολάς· διόπερ οὐδὲ διδασκαλικὴ ἡ ἰδιότης ἐστὶ παραβολή.

Ed. p. 134.

λη'. Λαμβάνεται δὲ ἀπὸ πάντων· ἀλόγων τε, καὶ ἀλόγων, ἐμψύχων τε, καὶ ἀψύχων, ὡς μυθικῶς διηγήσεσθαι. χαρακτηρίζεται δὲ ὠφελιμολόγῳ διὰ τῆς παρακειμένων αὐτοῖς παραβο-

1. Τιτὶς μοῦσα τανίσσων χάρματι) Οἱ διὰ πυκνοτέρων, (scribebant veteres fine apicibus, & continuatâ scripturâ, nullis interstitiis. hinc factum est, ut alii legerent οἱ δ' ἐπὶ πυκνίσσων. alii οἱ δὲ πανίσσων. Salvinus.

2. τιμὴ τοῖς ἀγαθοῖς ὦ) τιμᾶσθαι dicit Herodotus honorem hunc a minoribus natu deferri solitum apud Ægyptios; idque iis esse commune cum Lacedæmoniis. Οἱ νεώτεροι αὐτῶν τοῖς πρεσβυτέροισι συντυγχάνοντες, ἄκοντι ἐόντι, καὶ ἐκβάσεται τῇ ὁδῷ ἐξίστανται ἐκ ὁδοῦ ἀναχώρησιν. Politus.

μύ. Ἰστέον δέ, ὅτι τὸ μίνατε ἐπὶ χρόνου, ἔστι μὲν διασαφητικὸν τοῦ τλῆτε· ἀμφιβόλως δὲ ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως εἴρηται, καὶ ἀορίστως. Ἄδηλον γὰρ, εἴτε τὸν πολὺν, εἴτε τὸν ὀλίγον χρόνον, ἐνταῦθα φησίν. ἀορίστως γὰρ ἡ λέξις τοῦ χρόνου. Καὶ ἔοικε τὸ βασιλέως νοῆσαί τι σοφώτερον. Ὁ μὲν γὰρ, τὸν γάρ κεν ἕλοις πόλιν, ἐπὶ τῇ αὐτίκα σήμερον ἡμέρας ἐτόπευε· ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς χρόνον ἐνταῦθα θεὶς τὸν ἀόριστον, μέσως χωρεῖ. Χρόνος γὰρ καὶ ἡ σήμερον ἡμέρα, καὶ αἱ μετ' αὐτὴν. Ὃ-*Bas. p. 171.*
περ ἦν ὁ ὕπνος ἔφη, ἔστο καὶ Ὀδυσσεύς. Τὸ γὰρ τὴν ἑλεῖν πόλιν Τρώων, καὶ τὸ μίνατε χρόνον, ἕως ἂν Πρίαμος ἕλωμεν, τὸ αὐτό βούλεται. Τὸ δὲ δαῶμεν, ἑαυτὸν γὰρ γνῶμεν, μάθωμεν, μεταληφθὲν ἐκ τοῦ ἐδάην, πρὸς ὁμοιότητα τοῦ ἐτύφθην, τυφθῶμεν, καὶ τοῖς ὁμοίοις. Τῷ δὲ Κάλχαντος αὐτὸς ἀναμιμνήσκει, ψυχαγωγῶν τε εἰς διατριβὰς, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐναγχος εὐδοκιμήσαντος ὡς τὰ κατὰ τὸν λοιμὸν, καὶ πίστιν, ὡς ἀληθῆ τὸν ὄχλον παραμυθούμενος. Τὸ δὲ μαντεύεται, ἀντὶ παρῳχημένου κεῖται, τοῦ ἐμαντεύετο, ὡς δηλοῖ μετ' ὀλίγα καὶ τὸ, θεοπροπέων ἀγόρευε. καὶ, Κῆνος θ' ὡς ἀγόρευε. Τὸ δὲ, ἢ καὶ ἠκί, ἀμφίβολόν ἐστι λέξις, εἴτε καὶ μή. Τὸ δὲ, χθιζά τε, καὶ πρωϊζά, ἀντὶ τοῦ χθὲς, καὶ πρώ, καὶ, ὡς ἀπάνω, ἐναγχος. Συντέμνει δέ, φασι, τοὺς τοσούτους χρόνους εἰς βραχὺ κωμῳδῶν, ὅπως τὸν προσδοκώμενον, μηδὲν ὄντα νομίσωσι. καὶ ἅμα ἐξευτελίζων τὸ καύχημα τῶν Ἑλλήνων, ὡς εἰς μάτην τοὺς τοσούτους χρόνους ἀνυσάν-

των,

1. αὖν ἐκ † Ἀχιλλέως μήνιδ' ἄρασθαι) Bellum Trojanum non inciendum ab ovo præcipit Horatius. *Salvianus.*

2. τὸ μίνατε χρόνου) ſupple, ἀντὶ χρόνον. Polit.

3. τῇ διατριβῇ) Hic in bonam partem accipitur ἡ διατριβὴ. Alibi, ac ſæpiùs, in malam. Scholiaſta ad hunc locum Ariſtophanis in Acharnenſibus:

λόγου δ' ὑμῖν, ὅτι
Διατριβὴ ἔστι, καὶ φασὶ βίβλους μοι.
Παιτεολάττονται γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι τὰς ἡμέρας, ἃς διέλυον τὰς ἐκκλησίας, διατριβὰς καλοῦντες, ἢ ἄλλο τι μάλιστα σύνηθες. Διατριβὴ δέ ἐστιν ὁ παρὰ καιρὸν χρόνος. Politus.

γία δ' Εὐβοίας, συνάπτων τῷ Ἑλικῶνι ὄρει, ὅ-
Rom. p. 226. θεν λεγόμενος [5] παρὰ τὸ αὐτόθι συναχθῆσαι ἀ-
λιδῆναι, [6] ἢ αὐλιδῆναι, πρὸ τῆς εἰς Τροίαν ἀ-
πόπλου, ἁῖς ἅπας τῶν Ἀχαιῶν. Τὸ δὲ, κακὰ φέ-
ρουσαι, ἀλλοῖον ἐστὶ πρὸς ἃς τῶν Πάριδος ἅπας.
αὗται μὲν γὰρ, ὡς οἷον εἰπεῖν, φερέκακοι· ἐκεῖναι
δὲ, ἁπλῶς [7] ἀρχέκακοι, κατὰ τὴν Ποιητήν. Ἐν
δὲ τῷ, ἀμφὶ δὲ βωμὶ κρήνην, αἱ δύο προθέσεις πε-
ριττὸν ἔχουσι τὸν αὐτὸν τόπον συναλοιφὴν ἐπὶ ἁπλῶσι πάν-
τοτε τῶν ζ ῥαττόν. [8] Οἱ δὲ ἱεροὶ βωμοὶ, πρὸς διά-
στολὴν εἴρηνται ἑτεροίων· ὁποῖοι καὶ οἱ τῆς ἁρματο-
πηγείας, καὶ οἱ ἐν Ὀδυσσείᾳ φωτοφαοῦς. Τοῦ
δὲ ἔρδειν, πρωτοπάρχη τὸ ῥέζειν. Ἄλλος δ' ἄλ-
λῳ ἔρεζεν, ἐξ οὗ, [9] μεταθέτῃ, καὶ τροπῇ συμβά-
σῃ τοῦ ζ' εἰς δ', τὸ ἔρδειν γίνεται. Δωρικῶς δὲ, ῥέδ-
δειν τὸ τοιοῦτον φασίν. [10] Τὴν δὲ πλάτανον, κά-
λαμον, καλὰ παραλογήν, [11] πλαταίσιον, καλὴν λέ-
γει, ὡς ἂν εἴποι τις εὐειδῆ. Τοιοῦτον γὰρ τὸ φυλὸν,
ἄκαρ-

Heliconi monti proximus, sic ex eo appellatus, quòd Græcorum naves, antequam Trojam proficiscerentur, eum in locum confertim αὐλίδηναν, *sunt congregatæ*, sive ibi αὐλίδηναν, *stationem habuerunt*. Ceterùm τὸ, κακὰ φέρουσαι, *mala, ac perniciem ferentes*, diversâ ratione dicitur, ac de navibus Paridis. Hæ enim, ut ita dicam, φερέκακοι, *malum ferentes*; illæ verò planè, secundùm Poëtam, ἀρχέκακοι, *initia, & causſæ malorum*. Quo verò loci dicit, ἀμφὶ δὲ περὶ κρήνην, *circum circa fontem*, binæ illæ præpositiones contractas collectasque simul circa unum, & eumdem locum cop as universas significant. At verò οἱ ἱεροὶ βωμοὶ, *sacræ aræ, seu baſes*, dictæ sunt ad distinctionem basium alterius generis: cujusmodi sunt baſes illæ, quibus currus impositi, quæque in Odysseâ, ardentibus facibus, lumen suppeditare referuntur. Verbi autem ἔρδειν, *facere, seu sacrificare*, primitivum est τὸ ῥέζειν. Ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζεν. *Aliusque alii sacrificabat*. ex quo, per metathesin, mutationemque usitatam τοῦ ζ in δ', fit τὸ ἔρδειν. Dores tamen id ipsum dicunt ῥέδδειν. Ad hæc, τὴν πλάτανον, sive, per paragogen, πλατάνιστον, *platanum*, pulchram vocat, tamquam siquis eam diceret formosam. Hujusmodi enim ea est arbor: quippe quæ, licet infructuosa, pulchra tamen iis sit, qui vitam um-

1. ταυτὸν τῷ Ὀμηρικῷ χλιζά) lege, τῷ Ὁμηρικῷ. Polit.

2. φαῖζον διευκάμψας) apud Etymologum φαῖζον, ἐγκεκαμμένως. Polit.

3. φερεκακὰ σοκὰ) Sic omnino scribendum, non φερεκακὰ, ut volant alii, est enim ex φερὶ. & ipsa docet, quæ statim affertur, explicatio. Eadem lectio restituenda Athenæo lib. 3. c. 4. Σιλλάγῳ δ' ἐν γλώσσῃ φερεκακὰ ἐστὶ καλάθια γίγῳ τι σικυοῦ, ὅτις εἶχε φαῦλον τὸ καρπόν. Polit.

4. Ἡ δὲ Αὐλὶς, τόπος ἐστὶ ἐν πλησίον τῆς Εὐβοίας) Plinius lib. 4. c. 7. *In ipsis faucibus Euripi, quem facit objectu insula Eubœa, Aulis capaci nobilis portu*. Solinus c. 13. *Eubœa insula Lacrum objectu efficit Aulidis portum, seculis traditum Græcæ conjurationis memorid*. Politus.

5. παρὰ τὸ αὐτόθι συναχθῆναι ἀλιζόνας) quasi hinc factum sit ἀλίς, deinde αὐλίς. Quæ videtur mihi fuisse sententia Tryphonis, ac Stephani. Sed verba ipsa Tryphonis sunt, ut opinor, depravata, hoc quidem loci apud Stephanum: Αὐλὶς, πόλις Βοιωτίας κατὰ Χαλκίδα, ὡς δὲ κλεισάντων οἱ Ἕλληνες. Τρῶες παρὰ τὸ αὐλισθῆναι, ἀλὶς, καὶ αὐλίς. Ubi pro αὐλισθῆναι lego ἀλισθῆναι. Unde putaverit Trypho locum illum, in quem Græcorum naves cogebantur, primùm appellatum Ἀλίδα, postea, mutato aspero spiritu in tenuem, additoque τῷ υ, Αὐλίδα. Ab hoc ipso Græcorum conventu Hesiodus quoque Aulidem celebrat,

ἣ ποτ' Ἀχαιοὶ
Μάντιος χρησθὲν, πολλὰ σὺν λαὸν ἀγεῖραν
Ἑλλάδ' ἐξ ἱερῆς.

Subdit tamen Stephanus, urbis hujus appellationem rectiùs deduci ab Aulide, Eunomi filiâ, quam ipsam Aulidem Pausanias filiam facit Oggyi, Johannes Tzetzes Phoronei. *Politus*.

6. ἢ αὐλιδῆναι) Alterius hujus etymi auctores, Etymologici Magni Auctor, & Tzetzes. Magnam certè nominis gloriam a Græcarum navium statione sibi Aulis comparavit. Livius l. 45. c. 28. *A Chalcide* (L. Æmilius Paullus) *Aulidem trajecit, trium millium ſpatio diſtantem, portum inclytum ſtatione quondam mille navium Agamemnonia claſſis*. Pomponius Mela l. 2. c. 3. *Aulis, Agamemnonia, Græcorumque claſſis in Troiam coeuntium ſtatio*. Politus.

7. ἀρχέκακοι) αἱ πρῶται κακῶν Τρωσὶ γενόμεναι. Polit.

8. Οἱ δὲ ἱεροὶ βωμοὶ, πρὸς διαστολὴν ἑτεροίων) Sic l. 9'. Od. v. 273. Θεῶν ἱερὸς ἐπὶ βωμὸς. ubi item Eustathius: ἱερὸς βωμὸς, πρὸς διαστολὴν ἑτέρου μὴ τοιούτου. ἀνάλογον δὲ Ἰλιάδι, ἐν ᾗ ἅμματα τίθεται· καὶ ὡς τὰς ἕξις ὁ οἰκοδόμος παρεσκεύαζε βωμοὺς, ἐφ' ὧν ἵστατο χρύσεος κάρυξ δαΐδας ἐν χερσὶ ἔχοντες. Polit.

Lucretius:

Aurea ſi non ſunt juvenum ſimulacra per ædes,
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris.

Salvin.

9. μεταθέτῃ) per quam metathesin, sive hyperthesin, ex ῥέζω fit ἔρζω. unde, mutatione Doricâ τοῦ ζ' in τὸ δ', ἔρδω. Politus.

Κρεττῶν, Doricè κρεσσῶν, mutatâ litera ρ in δ', dicitur Caduceum. *Salvinus*.

10. Τὴν δὲ πλάτανον &c.) Platani hujus truncum suâ adhuc ætate in Dianæ templo apud Aulidem servatum, testatur Pausanias in Bœoticis c. 19. Πλατάνου δὲ, ἣν καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐποίησεν μνήμην, τὸ ἐπὶ τῇ ξύλῳ περιὸν φολίσασιν ἐν τῷ ναῷ. Politus.

11. πλαταίσιον) Πλαταίσιος vox usurpata Theocrito in Epithalamio Helenæ. *Salvinus*.

ruit. Quum enim draco ſub altari delituiſſet, inde poſtea prolapſus, atque ad platanum pergens, apparuit. Conſtat autem, altare hoc, de quo diximus, ſub dio ipſum per ſe, ac ſeorſum, neque intra templum, fuiſſe. cujuſmodi pleraque altaria antiqui prætereuntibus rudi, ac tumultuario opere faciebant. At verò τὸ μέγα σῆμα, *magnum ſignum*, poſteriùs vocat *terribilia portenta deorum*, ut hanc ipſam rem per multitudinis numerum grandiùs efferat. Rurſus, quod dixit, ἐφάνη, *apparuit*, magis explicatur per ea, quæ ſubjicit: ὃν αὐτὸς Ὀλύμπιος ἧκε φόωσδε. *quem ipſe Olympius miſit in lucem*. &, Ἡμῖν τόδ' ἔφηνε τέρας Ζεύς. *Nobis hoc oſtendit prodigium Juppiter*. Ceterùm hiſtoriam illam draconis, paſſerumque, ac platani, non per veſtigia proſequitur Poëta, nec minutatim. Mos enim ejus eſt in his ſignis, atque oſtentis explicandis, ut tantummodò ea ſeligat, quæ ſunt magis appoſita, atque opportuna; pleraque verò prætermittat. quemadmodum quidem certè & hoc loci ex ſigno illo, quod apparuit, unum propemodum Calchas obſervat, tarditatem nimirum, ſerumque exitum belli: videlicet novem tandem poſt annos, qui a dracone abſumuntur, hoc eſt, Græcis præterlabuntur, expugnatum iri Trojam; reliquum verò tempus, nihil agendo movendoque, Græcos eſſe inſumpturos, ut draco per otium

εὑρεσῆ. Κεκρυμμένος γὰρ ὁ δράκων ὑπὸ τῇ βωμῷ, ἔνθα ἐκύθεν αἰξας, καὶ ἐς τὸν πλάτανον ὁρούσας, ἐξεφαάνθη. Δῆλον δὲ, ὡς ὁ ῥηθὲς βωμὸς, ἄθρους ἦν αὐτὸς καθ' αὑτὸν, καὶ οὐκ ἔσω ναοῦ. οὕτω γὰρ ἐκ πολλοῦ ἐκεδίαζον τοῖς παραδεύσιν οἱ παλαιοί. Τὸ δὲ μέγα σῆμα, προϊὼν, δεινὰ πέλωρα λέγει θεῶν, πληθύνας τὸ πρᾶγμα σεμνότερον. Τῷ δὲ ῥηθέντος ἐφάνη, διασαφήσας καὶ ὅτι, ὃν αὐτὸς Ὀλύμπιος ἧκε φόωσδε. καὶ τὸ, Ἡμῖν τόδ' ἔφηνε τέρας Ζεύς. Τὰ δὲ καλὰ τῆ δράκοντα, καὶ ἴσις σταθὺς, καὶ πλὼ πλάτανον, ὁ μὲν Ποιητὴς οὐκ ἐκτολογῆ. Ἔθος γὰρ αὐτῷ ἐν ταῖς τῶν σημείων λύτεσι, τὰ καιριώτερα μόνα ἐπιλέγεσθαι, τὰ δὲ πολλὰ παρεᾶν. ὥσπερ δὴ καὶ ἐνταῦθα, ἓν χρὸν μόνον σημήνατο ὁ Κάλχας, διὰ τῦ φαινόμενου, τὸ ὄψιμον τῦ πολέμου, ἦγον τὸ μετὰ ἐννέα ἔτη, τὰ δαπαιτηθέντα τῷ δράκοντι, ὅ ἐστι, τὰ παροιχόμενα τοῖς Ἕλλησι, πλὼ Τροίαν ἁλόντα· τὸ λοιπὸν δὲ ἀπρακτήσαντα, καὶ ἀκινητήσαντα τὰς Ἕλληνας, ὡς καὶ ὁ δράκων ἤρπησε, τὰ ἐννέα τέ-

no-

κνα

1. ἔκφυτον μὲν, καλὸν δὲ πρὸς σκιαζομένοις) Plinius l. 12. c. 1. *Commendatio arboris eius non alta mater eſt, quàm ſolem æſtate arcere, hyeme admittere*. Eamdem *arborem umbra gratiâ tantùm ex alieno petitam orbe*, ſcribit, & miratur ibidem Plinius. *Polit.*

2. ὑπ' Ξέρξου πλάτανος ἴγω ἐρασθῶ) De inſano Xerxis amore erga platanum quamdam Lydiam conſulendi Herodotus lib 7. n. 31. & Ælianus Var. Hiſtor. l. 2. c. 14. *Polit.*

3. αὐτίμερον πλάτανον ἢ ἐρημίνες πλατάνου ἐχυροχόους) Sic, ut eſt apud Herodotum l. 7. n. 27. Darium Xerxis patrem Pythius, Lydus homo, ἐδωρήσατο τῷ πλατανίσκῳ τῷ χρυσίῳ, καὶ τῇ ἐσθῆτι. Polit.

4. τὸ σωμάτιον ἔχει) Malim αὐχεῖ. σωμάτιον autem vocat corpus ipſum, ideſt, arborem platani, ut opponat umbræ. Geometræ σῶμα dicunt corpus, quod ſcilicet longitudinem, latitudinem, atque altitudinem habet. Vide A. Gellium lib. 1. c. 20. *Polit.*

5. Χαίρει δὲ ὄμβροι τὸ φυτὸν) Quid, aquis? vino etiam gaudet platanus, teſte Plinio l. 12. c. 1. *tantumque poſſea honoris intervenit, ut mero infuſo enutriantur. compertum id maximè prodeſſe radicibus: dictumque etiam arbores vina potare*. Princeps hujus luxuriæ Q. Hortenſius. *Is Hortenſius*, ut refert Macrobius Saturnal. l. 2. c. 9. *platanos ſuas vino irrigare conſuevit, adeo ut in actione quadam, quam habuit cum Ciceronе ſuſceptam, precario a Tullio poſtulaſſet, ut locum dicendi permutaret ſecum. abire enim in villam neceſſariò ſe velle, ut vinum platano, quam in Tuſculano poſuerat, ipſe ſuffunderet*. Politus.

6. Διὸ τοι μεγαθυμοῦσι) adeò ut ad portentoſam quoque magnitudinem excreſcat. Memorabilis olim platanus illa Lyciæ, *domicilii modo cava* (verba ſunt Plinii loco allato) *LXXX. atque unius pedum ſpatio, nemoroſo vertice, & ſe vaſtis protegens ramis, arborum inſtar, agros longis obtinens umbris; ac, nequid deſit ſpelunca imagini, ſaxeâ intus crepidine circumſeſſos complexa ſumices: tam digna miraculo, ut Lucilius Rufianus ter Conſul, & nuper provinciæ ejus Legatus, prædendum etiam poſteris putarit, epulatum intra eam ſe, cum duodecim comite, largè ipſâ toros prabente fronde, ab omni affatu ſecurum, optantem imbrium per folia crepitus, latiorem, quàm marmoreum nitore, picturæ varietate, laquearium auro, cubuiſſe in eadem*. Politus.

7. ἐνσπόνδυλα φρὶς γένοιτο σφενδόνη) idonea enim maximè eſt platanus, ut in eâ paſſeres, procreationis cauſſâ, fingant, & conſtruant nidos. Hinc ductâ ſimilitudine C. Caligula cœnam, quam in peramplâ Vel terni ruris platano amicis, & familiaribus ſuis dedit, XV. *convivarum, ac miniſterii capace triclinio*, nidum feſtivè appellavit. *Politus*.

8. ἔτυ τε αἰγλήεν ὕδωρ ἐρέει, φυτὰν αὔξει) Pauſanias in Bœoticis c. 19. ubi agit de Aulide: Δάκρυσι δὲ ἐς ἃ ὁ πυρὸς, παρ' ὃν ἡ πλάτανος ἐκφύεται. Sic memorata Plinio, platanus Lyciæ, *gelidi fontis ſocia amœnitate*. Sic, eodem auctore, *Gortyna in inſulâ Cretâ juxta fontem platanus una, inſignis utriuſque linguæ monumentis, numquam folia dimittens*. Sic apud Platonem in Phædro, πυρὶ χαριέστατα ὑπὸ τῶν πλατάνων ἅμα μάλα ψυχρὸν ὕδατος. Politus.

9. τὰ αὐτὰ τέκνα φαγών) Atqui ex Homero octo erant paſſeris filii. αὐτὸς μήτηρ ὀγδοάς ἦν. Politus.

ῖπες. [3] Ἡ δὲ στρυθὸς ἀνάκειται μὲν τῇ Ἀφροδίτῃ, διὰ δὲ πολύγονον, ἔτι δὲ καὶ θερμὸν ὡς μάξιν. [4] ᾧ δὴ λόγῳ καὶ ἡ περιστερὰ οἰκειῶται τῇ τοῦ μύθου Ἀφροδίτῃ. Τίθεται δὲ ὡς ἐπὶ τοὺς Τρῶας, [5] οἷς Ἀφροδίτη ἐπεκύρει· μᾶλλον μὲν οὖν ὡς αὐτῷ τῷ Τροίᾳ, ὥσπερ καὶ οἱ στρυθοὶ αὐτῆς ὡς τὰς περιοικίδας πόλεις. Μάλιστα δὲ χρόνῳ δηλωτικοὶ ἔσονται αὐταί γε αἱ ὀκτὼ τεσσαρακοντάδες καὶ ἡ μήτηρ ἐνάτη οὖσα· Πτηνὸν γὰρ ὁ χρόνος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ πτηνὰ ὡς σημεῖα χρόνου λαμβάνονται. Ἑτεροίως δὲ σύμβολα ὄντα, καὶ ἐκ ἀλλοίου τινὸς, εὐλόγως, ὡς ἐπ' ἀκροτάτῳ ὄζῳ ὄντες. Εἰ μὲν γὰρ πρὸς τῇ ἀρχῇ τοῦ ὄζου ἦσαν, τυχὸν ἂν ἡμέρας
Bas. p. 172. ἐδήλουν, ἡ δὲ πρὸς τῷ μέσῳ, μῆνας. [6] πρὸς δὲ ἀκρο-

annos

1. Ἀδηνῆς, φησὶν, ἰυγὰς] Malim φασὶν. Politus.
Si φησὶν retineas, intelligitur τις. Quis. Salvinus.
2. εὐμήδεια ὁ Εὐνεὼς) Virgilius 1. Æneid.
Jupp iter. hospitibus nam te dare jura loquuntur. Polit.
3. Ἡ δὲ στρυθὸς ἀνάκειται μὲν τῇ Ἀφροδίτῃ, διὰ τὸ πολύγονον, ἔτι δὲ καὶ θερμὸν ὡς μάξιν) Quæ eadem causa allata est ab Athenæo lib. 9. c. 10. cur Sappho finxerit, Veneris currum a passeribus trahi. *μά τὰν δν καὶ σὰ Σαπφὼ ἀπὸ τᾶς ἐρωείας τὰν Ἀφροδίταν ἐπ' αὐτᾷ φαντὶ ἐχήδοις; καὶ γὰρ ἐχόντιές τὰ ζᾶτα, καὶ πολύγονον. τίπτα γὰν ὁ στρυθός, ὡς φησὶν Ἀριστόνικος, καὶ μίχει ὀντί.* Verba Sapphus in hymno Veneris, extant apud Dionysium Halicarnassæum in libro de Compositione Verborum. Politus.
4. ᾧ δὴ λόγῳ καὶ ἡ περιστερὰ οἰκειῶται τῇ τοῦ μύθου Ἀφροδίτῃ) Est enim columba, atque passeribus, *salacitas par*, auctore Plinio l. 10. c. 36. Hinc Scholiasta Apollonii ad v. 541. l. 3. *Ἀπολλώνιος φησὶν ὅτι τῷ περὶ Θήβην, ὅτι ἡ περιστερὰ ἱερὰ Ἀφροδίτης. διὸ καὶ λέγων. πτερὰ γοῦν τὸ περισσὸς ἔρως λέγει.* Et Æneas Virgilianus lib. 6. Æneid.
Maternas agnoscit aves, i. e. columbas.
Politus.
5. οἷς Ἀφροδίτη ἐπεκύρει) Notissimum Ovidianum illud:
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Politus.
6. πρὸς δὲ ἀκρωτάτῳ ὄζῳ ὄντες, διαφερόντως ἀπὸ δηλωτικοὶ, τοῦ μικροῦ μέρους) Ex iis, quæ toto hoc loco observat Eustathius, facilè solvi potest, quod difficultatem faciebat Marco Tullio lib. 2. de Divinatione: *Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus, annosum potius, quàm aut mensium, aut dierum? cur autem de passerculis conjecturam facit, in quibus nullum erat monstrum; de dracone fuerit, qui id, quod fieri non potuit, lapideus dicitur fallus? postremo quid simile habet passer annis?* Disserat enim Quintus frater lib. 1. apud Homerum Calchantem ex passerum numero belli Trojani annos esse auguratum. Sed Marcum Tullium, ut magnos aliquando viros, defecit memoria, cum Agamemnoni verba ea attribuit, quæ sunt Ulyssis. Adscribere autem hue placet versa a Ciceronе per otium carmina, ut adolescentes nostri exemplum habeant, quo se in Homericis versibus vertendis exerceant.

Ferte, viri, & duros animo tolerate labores,
Auguris ut nostri Calchantis fata queamus
Scire, vatos ne habeant, an vanis pectoris orsis.
Namque omnes memori portentum mente retentant,
Qui non funestis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primùm ut vestita est classibus Aulis,
Quæ Priamo cladem, & Trojæ, pestemque ferebant:
Nos circum latices gelidos fumantibus aris,
Auriferis divûm placantes numina tauris,
Sub platano umbriferâ, fons unde emanat aquai,
Vidimus immani specie, tortuque draconem
Terribilem, Jovis ut pulsu penetraret ab aræ:
Qui platani in ramo foliorum tegmine septos
Corripuit pullos: quos cum consumeret octo,
Nona super tremulo genitrix clangore volabat:
Cui serus immani laniavit viscera morsu.
Hunc, ubi tam teneros volucres, matremque peremit,
Qui luci ediderat, genitor Saturnius idem
Abdidit, & duro formavit tegmine savi.
Nos autem timidi stantes mirabile monstrum
Vidimus in mediis divûm versarier aris.
Tum Calchas hæc ore fidenti voce locutus:
Quidnam torpentes subitò obstupuistis Achivi?
Nobis hæc portenta deûm dedit ipse creator.
Tarda, & sera nimis; sed famâ, ac laude perenni.
Nam quot aves tetro mactatas dente videtis,
Tot nos ad Trojam belli exantlabimus annos,
Quæ decimo cadet, & pandâ satiabit Achivos.
Edidit hæc Calchas, quæ jam matura videtis.
Politus.

E carminibus, quæ hue referuntur, non ita malum Poëtam Ciceronem judicabis, cui, quia soluta oratione maximè excelluit, invida gens hominum hanc alteram versuum aptè conficiendorum laudem denegat. Plutarchus tamen gravis in primis auctor, minimè malum Poëtam esse asserit in eius Vitâ. Cæterùm ille versus: *O fortunatam, natam, me Consule, Romam*, iniquis judiciis mihi videtur damnari, propter nescio quam κακόζηλον. quæ, si distinctionis notam post τὸ *fortunatam*, apponas, exspirat. *Salvinus.*

[illegible] non obscure indicant. Itaque draco, qui Græcis attribuitur, consecensâ platano, & passerem, & pullos devoravit. quod quidem argumento erat, Achivos, novem spatio annorum, tum ventosam illam Trojam, tum urbes finitimas, quarum ipsa veluti mater erat, esse obtenturos. Volucres enim illæ, sicuti dictum est, non modò annos, verùm etiàm urbes, ac vicina loca significant, ut ex eo fit manifestum, quòd volucres ipsæ devorentur, & miserabiliter strideant, & mater lugens circumvolet, & draco ἐλιξάμενος, videlicet *circumactus*, *circumvolutus*, *conversus*, eam comprehendat. Non enim rectâ, ut ajunt, more belli, capta est Troja; sed, postquam Græci tabernacula sua incenderant, & recedere sese simulaverant, tum demum, converso rursus itinere, noctu navibus ad littus appulsis, Trojam ceperunt. Hujusque rei indicium erat, quòd draco, convertit sese, ac circumegit, cum passerem apprehendit, videlicet Trojam, quæ, tamquam passerculorum mater, multis aliis prius urbibus expugnatis, ipsa adhuc supererat.

CLIII. Porrò autem σῆμα, *signum*, & τέρας, *portentum*, *prodigium*, *monstrum*, vocat istud draconis: primum, tamquam non admodum novum, neque inusitatum; alterum, tamquam præter naturam. Quòd enim draco ex altari prosiluerit, atque in omnium oculis, & conspectu sursum ad platanum prorepserit, feceritque ea, quæ fecit, totum id σῆμα erat, vel σημεῖον, *signum*. Quòd verò postea descendens, in lapidem conversus fuerit, hoc erat τερατεῖον, *portentosum*. Sic etiam, ut notant, quòd summo in ramo sub foliis nidus avicularum delituerit, id erat

ἡ Τροία μετ' ὀλίγου κατενεχθησεῖται, μέλας ἐς ἐτέα δηλαδὴ χρόνος, ὧν ἐστιν, ὡς ἐρρέθη, δηλωτικοὶ οἱ ὀκτὼ νεοσσοὶ, σὺν τῇ μητρί. Ὁ δὲ ταῦτα δράκων, ὁ δὲ τοῖς Ἕλλησιν οἰκεῖος, διὰ τῆς πλαταν[illegible]ς ἀνελθὼν, τήν τε στρουθὸν, καὶ τὰ τέκνα καταφαγὼν, ὅπερ ἐδήλου, ὅτι οἱ Ἀχαιοὶ, τὴν τε πενταέτη Τροίαν, καὶ τὴν ταύτῃ αὐτῇ, ὧν αὐτὴ μήτηρ οἵα τις ἦν, διὰ εἰκοσαετοῦς χρόνου ταύτην γενέσθαι. Τὰ γὰρ πτηνὰ, ὡς ἐρρέθη, οὐ μόνον ἐναυτῶν, ἀλλὰ καὶ πόλεων, καὶ ταῦτα οἰκείων ἐστὶ δηλωτικὰ, καθὰ δηλοῖ τὸ καλεῖσθαι αὐτὰ, καὶ τὸ ἑλεεινὰ ἱστορεῖσθαι, καὶ τὸ περὶ μητέρα ἀμφιστρέφεσθαι ὀδυρομένην, καὶ τὸ τὸν δράκοντα ἐλελιξάμενον, πάλιν στραφέντα, λαβέσθαι αὐτῆς. Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ εὐθέως, φασὶν, ἑάλω ἡ Τροία, τότε πολέμου, ἀλλ' ἐμπρήσαντες ἐν ὑστέρῳ τὰς σκηνὰς οἱ Ἕλληνες, καὶ πλασάμενοι ἀναχώρησιν, ἔπειτα δὴ ἐξ ἀναστροφῆς καταχθέντες νυκτὸς, ἧλον τότε Τροίαν. Καὶ τοῦτο σημεῖον ἦν, τὸ τὸν δράκοντα ἐλελιχθέντα λαβέσθαι τοῦ στρουθοῦ, ἤτοι τῆς Τροίας, ἥτις, οἷα μήτηρ νεοσσῶν, πολλῶν ἄλλων πόλεων πρεσβυτέρα οὖσα, αὐτὴ ἔτι ἦν.

ργ'. Σῆμα δὲ, τὸ τέρας λέγει, τὸ κατὰ τὸν δράκοντα· τὸ μὲν, ὡς μὴ πάνυ παράδοξον· τὸ δὲ, ὡς παρὰ φύσιν. Τὸ μὲν γὰρ βωμοῦ ὑπαΐξαι, καὶ πάντων βλεπόντων ἀνερπύσαι εἰς τὴν πλατάνιστον, καὶ ποιῆσαι, ἃ πεποίηκε, ταῦτα σῆμα, ἤτοι σημεῖον ἦν. Τὸ δὲ κατελθόντα ὕστερον ἀπολιθωθῆναι, τοῦτο ἦν τερατῶδες. Οὕτω δέ, φασι, καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἀκρολάτῳ ὄζῳ ὑπὸ τοῖς φύλλοις

1. ὧν ἀρίφρα μὲν, ὑφ' ὧν ἴσθι ἀνατεταύσεις) quod primum cœlum dicitur Aristoteli l. 2. de Cœlo c. 6. & ἄπλανὲς cœlum Ciceroni in Fragmento De Somnio Scipionis, ubi tamen turpi errore, secundùm Ethnicam philosophiam, cœlum ipsum putat Deum: quum Dei, juxta divinas Litteras, cœlum sit sedes. *Novem tibi orbibus, vel potiùs globis, connexa sunt omnia: quorum unus est cœlestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus, arcens, & continens ceteros: in quo insixi sunt illi, qui volumntur, stellarum cursus sempiterni: cui subditi sunt septem, qui versantur retro, contrario motu atque cœlum.* De quo item cœlo Aristoteles lib. 1. de Cœlo c. 9. ἓν μὲν οὖν τῶν ὑφ' ἡμῶν λέγομεν, τὸν οὐσίαν τὸν τὰς ἐχούσας ἕδρας πάντας στερεοειδῆ· ἕν σῶμα φυσικὸν, τὸ ὡς ἐσχάτην περιφερῆ πάντες. οὐδαμοῦ δὲ τὸ ἔχον καὶ ἄνω μάλιστα κεῖσθαι ὑφ' ἡμῶν, ὡς μὴ τὰ θεῖα τῶν ἰδρῦσθαι δοκοῦντα. Politus.

In Psalmo: *Qui habitat in cœlis.* Apud Homerum Jupiter dicitur Olympius, ὡδίφι ναίων, *in arbore habitans*. Salvinus.

2. ἐλελιξάμενον, ἤτοι στραφέντα) Hesychius: Ἐλελιξάμενος, εἰσερχόμενος, ἐνεργούμενος. Suidas: Ἐλελιξάμενος, ἐπιστρεφόμενος. Polit.

1. Ἔστι γάρ φασι τίστυν τὴν ὄρνιν, ἣν τὸ ὂν ὄοιον ὄνομα) An φασι? an potiùs certum unum auctorem laudat Euſtathius? de quo tamen ignoro, quiſnam fuerit. Illud tantùm, ex Athenæi teſtimonio, ſcio proditum eſſe Ariſtoteli, ad octo uſque paſſerem parere, contra atque ſcribit Euſtathius, nec ullam mentionem fieri de ovo uno urino. Generatim tantummodò apud Ariſtotelem l. 3. De Generatione Animalium c. 2. notatum reperio, in avibus id πολυτόκοις contingere, ut non omnia earum ova perficiantur. Καὶ διαφθείρῃ δὲ τὰ ὠὰ, καὶ γίνεται τὰ πλεῖστα ὑγρὰ μόνον κατὰ τὸν θερμὸν ὄρνιν. Idemque etiam evenire ſcribit avibus γαμεφύκοις, I cet ὀλιγοτόκοις. πεφύκασι μὲν γὰρ καὶ τὸν ὄνον ὀλίγον ἔχειν, ὑγρὸν γίνεσθαι· τὸ δὲ τρίτον, οὐ φέρουσιν, οὐδ'. Quod poſtremum ſpeciatim docet l. 6. De Hiſtoriâ Animalium c. 4. de avibus columbini generis, ut turture, & palumbibus: Τίκτει δὲ ἅπαξ μὲν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἔστιν ὅτε δὲ πεντεκαιδεκάτῃ, ἐὰν ἐφθαρῇ τὰ πρῶτα· ἐὰν δὲ μὴ φθαρῇ, οὐ πλείονας, ἢ δὶς, τίκτει δὲ τὰ δύο πάντα, ἐὰν τὰ πρῶτα γεννήσῃ διαφθαρῇ. πεφύκασι δὲ διαφθείρειν αὐτὰ ὅλα ὀρνίθων. τίκτει μὲν ὅπως, ἄνευ ἄρρενος· καὶ ἔστι κενὰ ἐξόχως, καὶ οὐδὲ πάντα δυνατὰ τελεσιουργεῖσθαι· ἐνίοις δὲ καὶ ἓν μόνον. τὸ δ' ὑπολειπόμενον ὄφι ὅμοιον, ἀπὸ ὄρνιθος ἔστι. Et ex Ariſtotele Plinius l. 10. c. 58. *Pariunt* (columbæ) *fere bina ova, ita naturâ moderante, ut aliis creberior ſit partus, aliis numeroſior. Palumbes, & turtures plurimùm terna; nec plus, quàm bis, ferè pariunt: atque ita, ſi prior fœtus corruptus eſt: & quamvis tria pepererint, nunquam plus duobus educunt. Tertium, quod irritum eſt, urinum vocant.* Bene ait, *irritum*, propterea quòd minimè perficitur, ut inde procreetur animal. Generatim *ova irrita* Plinio, ea, ex quibus fœtus non educitur, quacumque demum ex cauſsâ, ſive ex ſterilitate, ſive ex depravatione ovi, id fieri contingat. Neque tamen, quod plerique omnes nunc cenſent, urina confundenda cum iis, *quæ hypenemia Græci vocant*. Alia enim hypenemia, quæ & zephyria: alia urina, quæ dicta etiam cynoſura, quòd Caniculæ potiſſimùm tempore urina fiant, & corrumpantur. Ariſtoteles De Hiſtoriâ Animalium l. 6. c. 2. τὰ δὲ καλούμενα ὑπό τινων κενέντερα, καὶ ὄρνια, γίνεται τὰ δίχως μαλακὸν· ζεύγεια δὲ καλοῦ· τὰ ὑπενήμια ὑπό τινων, ὅτι ὑπὸ τὸν ἐαρινὸν ὄρνον φαίνου) δεχόμενα τὰ πνεύματα αἱ ὠοθῆκες. πλέον δὲ τοῦτο καὶ τὰ χηλὰ τῶν φλεγμαίνει. Et Plinius l. 10. c. 60. *Irrita ova, quæ hypenemia dicimus, aut mutuâ ſemina inter ſe libidinis imaginatione concipiunt, aut pulvere: nec columba tantùm: ſed & gallinæ, perdices, pavones, anſeres, chenalopeces. Sunt autem ſterilia, & minora, ac minùs jucunda ſaporis, & magis humida. Quidam & vento putant ea generari. quæ de cauſsâ etiam zephyria appellantur. Hæc autem vere tantùm. Urina ſunt, incubatione derelicta, quæ alii cynoſura dixere.* Ubi Harduinus legit: *quæ de cauſsâ etiam zephyria appellantur. Hæc autem vere tantùm ſunt, incubatione derelicta, quæ alii cynoſura dixere.* Sed perperam. Nam ex Ariſtotele, quæ cynoſura dicta ſant, & urina, ea magis fiunt in æſtate. At verò zephyria vere, &, quod Plinius dicit, *vere tantùm*, eo quòd aves verno tempore, ut ait Ariſtoteles, φαίνου) δεχόμενα τὰ πνεύματα, hoc eſt, auras ex zephyro excipiunt. Non ergo zephyria eadem intelligi poſſunt, ac *quæ alii cynoſura dixere*. Itaque utraque ova tum ab Ariſtotele, tum a Plinio, diſtinguuntur. Et hæc eſt illorum differentia, quòd ova hypenemia, ſterilia ſunt, atque, ut nomen ipſum ſonat, veluti ventoſa, eademque etiam *magis humida*, hoc eſt, ὑγρότερα τῇ γενέσει. ita ut eorumdem humorem negat Ariſtoteles incubatione avis poſſe unquam craſſeſcere: ἀλλ, inquit, τὸ, τι ἀχεῖρ διαμένει, καὶ τὸ λέκιθον, ὑγρὸν ὄντα. Ipſa hæc hypenemia, quæ, auctore Plinio, *aut mutuâ ſemina inter ſe libidinis imaginatione concipiunt, aut pulvere, quidam & vento putant generari*, hoc eſt, ſpiritûs zephyri leni ſuavique afflatu. Quod quidem ſatis verſimile videtur exiſtimaſſe Ariſtoteles, eo quòd multi partium titillatione, qualem certè vitalis ille, ac genitalis zephyrus videtur facere, ova hæc hypenemia gignantur. Sed ab hac poſtremâ cauſsâ corrumpuntur, quàm ad animalis procreationem perveniant. Ovorum autem corrumpendorum plures cauſsæ: ſed præſertim duæ. Una, defectus incubationis. quæ cauſsa locum maximè habet in avibus πολυτόκοις, ut docet Ariſtoteles. ὁ γὰρ χόρτος τῷ ὑμένι τῷ ὑπὸ τὸ ὀστοῦν διαπίπτων, ἀπὸ τῆς μυὸς ἀπόλλυται, τῆς ὑ πολυσάρκου. Et hanc cauſsam tangit Plinius, cum dicit, urina fieri, *incubatione derelicta*. Altera verò cauſsa, eaque potiſſima, atque ad depravanda ova maximæ efficacitatis, ab eodem Ariſtotele traditur, nimius & immodicus calor. Hinc fit, ut aves etiam ὀλιγοτόκοι ex tenuis ovis, quæ aliquando pepererint, unum, aut ad ſummum duos pullos educant; tertium verò ovum, urinum ſemper ſit. Quum enim, inquit Ariſtoteles, ſint hæ aves calidioris naturâ, faciunt, ut ſupra modum veluti ferveat humor ovorum. Et in avibus πολυτόκοις tam ex Ariſtotele vidimus, non modò ex caloris, atque incubationis inopiâ: verùm etiam ex calore immoderato, ac vehementiori, ova putreſcere. Hanc ipſam nimii caloris cauſsam affert Magnus ille Philoſophus, cur æſtivo maximè tempore, quemadmodum dictum eſt, ova depraventur, & fiant urina. *Sicuti enim*, inquit, *vina temporibus calidis conteſcunt, ſubveritâ face* [*id enim cauſſæ, cur vitiantur*] *ſic ova, diſſolutâ, ac permixto vitello, corrumpuntur*. Diſſolvitur autem, ac putreſcit vitellus, ex vi nimiæ caloris, tamquam quid τῷ φύσιν ὑγρὸς ὄντος, ἄνευ πυρός. Inde, ut Ariſtoteles ipſe ſatis indicat, ova illa appellata ὄρνια, ſive *urina*, ἀπὸ τ ὄρν, *ab urinâ*, eo quia id, quod eſt in ovo luteum, ſeu τὸ ὠχρὸν, vehementi calore diffuſum, atque, ut Ariſtoteles loquitur, διαπεπτώκοτος μᾶλλον, ἐὰν μὴ ὀξὺ ὠχρὸν περιτύχῃ, διαφέρει, τῷ γίνεται ὄρνια. Quamquam non ſum neſcius, Euſtathio alibi dicta videri ὄρνια παρὰ τ ὄρνν, ὃ δηλοῖ τ αὐτοῦ. In ſummâ, utraque Plinio *ova irrita*, tum urina, tum hypenemia. Sed hypenemia, ſterilia ſunt, quæ feminæ pariunt ſine mare. Urina verò, illa, quæ incubationis defectu corrumpuntur. Theophraſtus porrò in Hiſtoriâ Plantarum hypenemia ova intelligit, eo loci, quo in arborum ſemine ineſſe ſcribit ὠχρὸν, καὶ δεσμὸν σώματος, quibus ſi ſemina careant, ea ipſa ſemina dicit ἄγονα, καθάπερ τὰ ὠὰ, *ſterilia, ſicuti ova*, ut Græcè quidem locum hunc legimus in Theophraſto, quem una cum Ariſtotele multò accuratiſſimè edendum Aldus curavit. Nec enim eos probo, qui, ſecundùm interpretationem, ni fallor, Theodori Gazæ, ſupplendum hic volunt ὄρνια, ita ut ſcribere faciant Theophraſtum, καθάπερ τὰ ὄρνια ὠά. quomodo certè edidit Daniel Heinſius. Ἄγονα enim, qualia ova illa facit Theophraſtus, ſterilia ſunt, atque infœcunda, *ex quibus nihil gignitur*. Atqui hujuſcemodi ova, *ex quibus nihil gignitur*, ſi credimus Plinio, eadem ſunt, ac quæ Græcis *hypenemia*. Sic enim Plinius l. 10. c. 58. ubi agit de columbis: *Et ipſa autem inter ſe, ſi mas non ſit, femina æquè faciunt, parumque ova irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ hypenemia Græci vocant*. Politus.

3. ὃν τὸ ὦ ὄρνιν) Ova ὄρνια ἀπὸ τ ὄρν; hoc eſt, *a vento*, ſeu ἀπὸ τ ἄρα, ſive *ab urinâ*, dicuntur, ut ex Ariſtotelis colligitur etymo. ὑπενήμια, ſive *ſubventanea*, a vento appellantur. quæ etiam τὰ πνεύματα, ideſt, *urina canis*. Salvinus.

4. ὅτι Πινδάρῳ) De Pindaro Ælianus Variæ Hiſtoriæ l. 12. c. 45. Pauſanias in Bœoticis, Philoſtratus in Iconibus lib. 2. Simile ſtatur exemplum de Platone. *Polit.*

5. βροντῶσι πιθοῖς, ἅτε παρὰ καιρὸν) quod Ennius dicit tonare, *tempeſtate ſerenâ*. Polit.

6. Τίρης ὁ, τὸ τερατῶδες παρὰ φύσιν) Aliâ ratione ſumitur τὸ τίρας, ſeu monſtrum, Ariſtoteli. cui ἀκαταρξία τῆς ὑγρ. l. 4. De Generatione Animalium c. 3. Et c. 4. ὑγρ γὰρ τὸ τίρας ἔξω παρὰ φύσιν τί. παρὰ φύσιν δ' ὁ πάχος, ἀλλὰ τῷ ὡς ἐντελῶς. πορρ γὰρ τῷ ἄνω, καὶ τῷ ὀξὺ ἀνώγεως, ἀλλ' γίνεται παρὰ φύσιν, ἀλλ' ὡ οἷς ὡς ἐντελεῖ μοὶ ὧν γενομένοις, ἀνάλογόν ὁ καὶ ὄντος. Polit.

aliò, piraticæ exercendæ causâ, aberrasse, multisque locis dispersos, ad obitum usque ibi permansisse; plerosque etiam periisse. Verisimile porro est, quantum conjecturâ assequi possumus, a Græcis tunc temporis, sive a posteris, in rerum tunc gestarum memoriam, draconem e saxo scalptum fuisse, eumdemque expositum, ut esset omnibus spectaculo, atque inde rumorem manasse, hunc illum esse, qui passerculos olim, eorumque matrem devoraverat. Cujus utique draconis Calchantem meminisse hoc loci facit Poëta, quippe qui fabulosam traditionem sequeretur.

CLIV. Nihil autem novi est, quòd hujusmodi illic lapis dedicatus fuerit: quandoquidem, ut auctor est Polemon, lapis quoque illic Palamedis ostendebatur, quum is ad consolandam, leniendamque famem, qua exercitus premebatur, tesserarum, calculorumque lusum apud Ilium ex-

ἀλλὰ περὶ τοῖς Ἕλλησιν. ὅτε γὰρ ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθον, ἐκ τῆς Αὐλίδος ἀναχθέντες, καὶ ἐν Ἰλίῳ ἐπολέμουν, ἐν ταῖς ληϊζόμεναι τῆς χώρας, καὶ ἐν Ἰλίῳ ἐπολέμουν, καὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ ἐν πλατείαις ἄλλως ἀλλαχῇ συρατεύοντας, καὶ πολλαχῇ διασπαρῆναι, καὶ καταμῖναι μέχρι τέλους· πολλοὺς δὲ καὶ ἀπολέσαι. Ἔοικε δὲ καὶ δράκοντα, ὡς ἦκε, τετραῶτα ἐκ λίθου ὑπὸ τῆς Ἑλλιώπης γλυφῆναι, ἢ τῆς μετ' αὐτὸν, ἐκ μέσου τῶν τότε συμβεβηκότος, καὶ ἐκκεῖσθαι τοῖσιν ἐς θέαν, καὶ λόγον ἐκφέρειν, ἕκαστον ἐκεῖνον εἶναι τὸν καταφαγόντα ποτὲ τοὺς στρουθοὺς, καὶ Ἰλιὼ μητέρα. ἔοικε δὴ καὶ τὸν Κάλχαντα ποιοῖσι μεμνῆσθαι ἐνταῦθα ὁ Ποιητὴς, οἷα ἐν παραδόσει τῷ μύθῳ ἀκολουθῶν.

ριδ'. Καινὸν δὲ οὐδὲν, καὶ τοῦτον ἀτεκμήρατον λίθον ἐν τοῖς ἐκεῖ· ἐστί τοι καὶ Παλαμήδους ἐπιτεταμένα [2] κυβεῖαι, καὶ πεττεῖαι ἐν Ἰλίῳ, ὡς

Rom. p. 228.

1. Ἔστιν γάρ, φασὶ, ἔτι πλησιάζουσα) lege, φασὶν, ἔστιν. Frobenius, φασὶν ὅτι. Polit.

2. κυβεῖαι, καὶ πεττεῖαι) Videtur Eustathius κυβεῖαι hic distinguere a πεττοῖς, ut & Aristoteles l. 1. Rhetor. distinguit κυβείας, καὶ πεττούς. Petrus Victorius ad locum hunc Aristotelis scribit, κυβείαις, aleæ ludum, infamem etiam Romanis hominibus, severisque legibus coercitum; πεττοῖσι autem, tesseratum ludum multo honestiorem ſpuitcere. *Nam veteres etiam*, inquit, *Græci ſcriptores diſcrimen hoc eſſe inter has luſiones tradunt, quòd in aleâ, cubos jaciunt; in teſſeris, calculos ipſos commovent, & ex aliâ in aliam ſedem tranſferunt.* Sed erat vir doctiſſimus, etsiquc ejus maximus hic eſt, quòd teſſeratum ludum diverſum a κυβείᾳ, teſſeraſque ipſas diverſas a cubis conſtituit. Nos primùm de Græcis ſcriptoribus, quamnam ii differentiam inter has luſiones poſuerint; deinde de Latinis, quid per teſſeras ſignificaverint, videamus. Quid inter κυβείαν, & πεττοῦν diſcriminis intereſſit, docet Heſychius: Διαφέρει ἡ πεττεία (vulgò apud Heſychium πεττὶα) κυβείας. ὡς ἐμοὶ μὲν γὰρ τὸ κύβους καταβάλλειν· ὡς ἡ πεττοῖς αὐτὶ μόνον τοὺς ψήφους μετατιθέναι. Illa ergo erat differentia, quòd in κυβείᾳ cubi jactabantur; in πεττοῖς verò ſolùm calculi movebantur. Itaque antiquiſſimis temporibus erat alter ex his ludis ab altero ſeparatus: quandoquidem narrat Herodotus, Lydos repentiſſe τὴν κύβον, καὶ τὴν ἀστραγάλων, καὶ τὴν σφαίρης, καὶ τὴν ἄλλην παιγνίων τὴν πᾶσαν, πλὴν πεττῶν. Et πεττεία, quæ in uſu primùm fuit, nec Lydos auctores habuit, ſic a Græcis ſcriptoribus explicatur, ut in tabulâ quinæ ab utrâque parte deſcriptæ eſſent lineæ, inter illas una media, quæ ſacra vocabatur; quinis autem uterque luſor calculis, quos de unâ lineâ ad aliam movebat, ludum pergeret. Inde a quinis illis lineis, quinisque utriuſque luſoris calculis videri fortaſſe potuit Etymologo dicta ἡ πεττεία, quaſi πεντεία. Idem Etymologus: ἐστὶ δὲ καὶ ποία γραμμὴ τοὺς ψήφους ἐπίδυο· ἐν ᾗ μέση γραμμὴ ἱερὰ ἐκαλεῖτο. Hinc πεττὸ πεντεγράμμου, ſive, ut Euſtathius legit, πενταγράμμου, apud Sophoclem Παμφίλῃ Πορίσκῳ. Pollux lib. 9. c. 7. Ἐκαλεῖτο δὲ ψῆφοι μὲν αἱ πάσαι, πάσαι δὲ ἐκάτερον ἦσαν καὶ δέκα γραμμαῖς ἐν τῷ παιδείῳ ἐπὶ τοῦ πάσαι γραμμαὶ, αἱ δύο ἱεραὶ ἐκαλοῦντο, καὶ τὰ ἐπὶ τούτων ἑξῆς.

Καὶ πεττὸ πενταγράμμου, καὶ κύβων βολαί.

Plura Euſtathius ad Odyſſeam. Hæc ferè Græci ſcriptores de diſcrimine inter κυβείαν & πεττείαν. Verùm teſſeræ quæ Latinis vocantur, ἡ κυβεία ſunt, non ἡ πεττεία, ad aleam, non ad merum, ſimpliceſque ludum pertinent calculorum. Quod, tamquam Latinis hominibus notiſſimum, vel me puderet docere, niſi error, quem dixi, doctiſſimi viri etiam mihi tollendus, qui teſſeratum ludum ſeparatum vult, ac ſeunctum a κυβείᾳ. Atqui teſſeræ, ipſi ſunt cubi, qui a ludentibus per fritillum, ſeu turriculam (Græci dicunt πύργον) jactebantur. Gloſſæ Philoxeni: *Teſſera*, κύβος. Vitruvius l. 5. *Cubus autem eſt corpus ex ſex lateribus æquis latitudini planitieruin quadratum. is cum eſt jactus, quam in partem incubuit, dum eſt intactus, immotam habet ſtabilitatem, uti ſunt etiam teſſeræ, quas in alveo ludentes jaciunt.* A. Gellius lib. 1. c. 10. Κύβος enim eſt figura ex omni latere quadrata: *quales ſunt, inquit M. Varro, teſſeræ, quibus in alveolo ludituv. ex quo ipſa quoque appellata κυβεῖα.* Macrobius in Somnium Scipion. l. 2. c. 2. *quod videmus in teſſerâ, quæ Græco nomine cubus vocatur.* Iſidorus l. 18. c. 63. *Teſſera vocata, quia quadra ſunt ex partibus omnibus. Has alii leptuculos vocant, eo quòd exſiliendo diſcurrunt.* Eædem, quòd jacerentur, dictæ βόλοι, ut, teſte Iſidoro, *olim teſſera jacula appellabantur a jaciendo.* Unde in Gloſſis Cyrilli βόλικα, *teſſera.* Auſonius in Commemorat. Profeſſ. Burdigalenſ.

Vidimus & quondam tabula certamine longo
Omnes qui fuerant, enumeraſſe bolos:
Alternis victrix quos præcipitante rotatu
Fundunt exciſi per cava buxa gradus.

Bolos, dicit jactus teſſeratum, quæ in fritillo vehementer motæ, ac conculſæ, inde in tabulam effundebantur. Seneca in Ἀποκολοκυντώσει. *Tum Æacus inbet illum* (Claudium) *alea ludere pertuſo fritillo. Et iam ceperat fugientes ſemper teſſeras quærere, & nihil proficere.*

Nam

tesserarum: atque hic sanè ludus potissimum intelligitur, cum aleam infamiæ apud veteres damnatam legimus, severisque legibus coercitam. Quòd enim Petrus Victorius tesserarium ludum multò honestiorem prædicet, ortum id ex ejus etiole, quo ludum istum ab aleâ distinguit. Nam revera κυβεία, quod est tesseris ludere, inhonestum adeo est, atque illiberale, ut ὁ κυβιστὴς, is, qui tesseris ludit, eodem loco ab Aristotele habeatur, quo λωποδύτης, καὶ ἁρπαξ. Et Ovidius, ubi aleam non leve apud Romanos crimen fuisse dicit, aleæ tum talos adscribit, tum tesseras. Appositi sunt, & digni, qui hoc tesserantur, versus e lib. 2. Tristium.

Sunt alia scripta, quibus alea luditurr artes.
Hæc est ad nostros non leve crimen avos.
Quid valeant tali, quo possis pluruma jactu
Fingere, damnosos effugiasve canes
Tessera quot numeros habeat, distante vocato
Mittere quo deceat, quo dare multa modo.

Scribit etiam Tullius, Licinium Lenticulam de aleâ condemnatum, hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro aleâ ludere: ejusdemque idcirco criminis Tullius M. Antonium redarguit, quòd is Lenticulam, collaforem suum, *lege, qua est de aleâ, condemnatum*, in integrum restituisset. Alex autem nomine Ciceronem κυβείαν, seu tesserarum ludum, designasse, constat ex Dione lib. 45. ubi Ciceronem ipsum Dio verba in Senatu facientem inducit, probroque dantem M. Antonio, quòd vitam ὡς μέθην, καὶ κύβειαν duxisset, ac συμβιβάσαι τὸν ἑαυτοῦ βίον, restituisset. Neque tesserarum ludus minùs vituperandus, quòd tesseræ, ac tali senibus aliquando oblectamentum quoddam senectutis fuisse videantur: quandoquidem Cicero in Libro de Senectute M. Catonem senem fingit hæc dicere: *sibi igitur habeant arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, sibi natationes, & cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant, & tesseras. id ipsum utrum lubebit: quoniam sine his beata esse senectus potest.* Unde παιττεύειν ludere Augusto idem erat, ac talis ludere. Nam sic per jocum, & παιδικῶς locutus videtur vir sapientissimus M. Cato, non ex animi sui sententiâ, ut scilicet doceret, non laboriosas artes, sed quietas, & ad quas multis viribus non sit opus, in senectutem convenire. qua tamen in ætate non magis probare potuit ludum talorum, & tesserarum, quàm in reliquâ omni vitâ, unde talos, & tesseras in senectutem rejecit: præsertim quum aptissima omnino arma senectutis ei esse dicantur, *artes, exercitationesque virtutum*. Itaque ex multis lusionibus, quibus sese juvenes exercebant, vult M. ille Cato senibus relinqui talos, ac tesseras, eo sensu, quo Cicero in Officiis monet, senibus labores corporis esse minuendos, exercitationes animi etiam augendas: nihil autem magis cavendum esse senecluti, quàm ne languori se, ac desidiæ dedat. Nisi si fortè Cato ille Major senex voluerit sibi aliquando, ac præsertim Saturnalibus, animi dumtaxat, non quæstus causâ, talos ac tesseras indulgere, ut apud Val. Maximum l. 8. c. 8. Q. Mutius Scævola *aleæ quoque, & calculis vacasse interdum dicitur: quum hoc, ac diu sua civium, & ceremonias deorum ordinasset. Ut enim in rebus seriis Scævolam, ita in ludicris* (male Rutgersius *lusibus*) *lusibus hominem agebat; quum rerum natura corporis laboris patientem esse non sinit.* Sed prius tunc aleæ Romæ audiebat, quàm ut ea viros deceret studiosos honestatis, adeo ut ab infamiâ non vacarent, quicumque aleam luderent; & lusus ille, quemadmodum videmus ex Valerio, scurrilis reputaretur. Certè in Catone Minore studium aliquando aleæ reprehendisse fertur Cicero, & de Octavio ipso Augusto dignum illud animadversione habet Tranquillus, quòd *aleæ numerum nullo modo expavit, lusitque simpliciter & palam, oblectamenti causâ, etiam senex; ac præterquam Decembri mense, aliis* celebantur enim eo in ludo tesseræ, illique jactis, pro ratione punctorum, calculi movebantur: de quo duplici tum fortunæ, tum artis ludo accipiendum *tabula longum* illud *certamen* apud Ausonium, cum ipse Minervium quemdam, Burdigalensem Oratorem celebrat

Narrantem fido per singula puncta recursu,
Quæ data per longas, quæ revocata moras.

hoc est, qui per singula jactatorum tesserarum puncta dati, promotique essent calculi, qui revocati. Sicuti in eodem lusu, quem *duodecim scriptorum* vocabant, dicitur apud Quinctilianum Scævola, *quum prior calculum promovisset, effetque victor, dum vult redire, repetito totius certaminis ordine, quo data erraret, retexuisse*. Hinc & κύβοι apud Græcos, & *tesseræ*, apud Latinos, sunt aliquando *συνεκδοχικῶς* totus hic ludus, quem κύβοι, καὶ πεττοὶ, sive tesseræ & calculi, conjungunt. In Glossis Philoxeni: *Tessellæ*, βόλοι, καὶ ψῆφοι. perinde quasi res simul utraque esse tesseræ intelligantur, & βόλοι, quæ jaciuntur, & ψῆφοι, seu calculi, qui disponuntur: ex quibus scilicet rebus unus simul ludus constat. Notum est illud Comici Adelphis:

Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris:
Si illud, quod maximè opus est jactu, non cadit;
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.

Tesseratum nomine Comicus totum cum ludum designat, qui per tesseras simul, & calculos peragitur: & adhiberi vult artem, bene dandis, movendisque calculis, ad corrigendum malum jactum tesseratum, si ex fortè male cecidisse. Sic κύβοι, seu κύβων πτώσεις, pro integro ipso ex tesseris & calculis ludo accipiuntur in simili sententiâ Platonis lib. 10. De Republ. Τῷ βασιλεῖ (τῷ δ' ἐμῷ) περὶ τὸ γεγονὸς, καὶ ἔστιν ὃ πάσῃ κύβῳ, πρὸς τὸ πεπτωκὸς τίθεσθαι τὰ αὐτὰ φέροντα, ὅπῃ ὁ λόγος ἡμῖν βέλτιστ' ἂν ἔχοι. Unde etiam Plutarchus in libro De Tranquillitate Animi docet, vitam Platonem comparare κύβοις, seu ludo tesserarum: quippe quum in vitâ jacere oporteat id, quod commodum est, & eo, quod cecidit, recte uti: ac illud quidem facere, non esse in nostrâ potestate; verumtamen penes nos esse, id, quod fortuna obtulit, convenienter accipere, & suo quodque loco disponere. Quæ sanè comparatio ollendit, fortunæ quidem esse jactum tesseratum; sed artis tamen, ac peritiæ nostræ esse, bene calculos disponere, ac movere. Porro quæ Platoni πτώσεις κύβων, *casus tabulæ* dicitur Juvenali. Eodem modo πεττοὶ apud Græcos aliquando pro toto ludo. Eustathius: ἐστὶν δ, ὡς ποτὲ μὲν τὸ μέρος κύβος ὁ ἐπὶ διάστασις παιδιᾶς· ποτὲ δὲ πεττός. Atque ita, ubi apud Suidam Palamedes tesseræ inventor ψήφων τε, καὶ πεττῶν, καὶ κύβων, διὰ δὴ πεττῶν fortasse tota ludus significatur, quæ calculos simul, & tesseras comprehenderet. ita ut Palamedes non modò calculos, & tesseras, ludos inter se divisos, ac separatos, reperierit; verum etiam ambos illos ludos inter sese sociaverit, & ex illis unum quemdam tertium compoluerit; adeoque inventor idem fuerit non solùm δὴ ψήφων, *calculorum*, & δὴ κύβων, *tesseratum*; sed & δὴ πεττῶν, tertii hujus ludi ex calculis, & tesseris compositi. Hunc enim ludum non semel scriptores Græci πεττὸς vocant, & πεττεύειν. Sic, quum Eutipidis Scholiasta inveniste scribat Palamedem κύβους, καὶ ψῆφον, deinde quosdam refert eidem adscribere πεττεύειν, sive, ut alii ibidem loquuntur, πεττὸς. perinde quasi πεττοὶ neque soli sint κύβοι, neque soli ψῆφοι, sed & κύβοι, & ψῆφοι complectantur. Sic etiam πεττὸς accipere videtur Gorgias in Defensione Palamedis, ubi reperiisse eum respondet πεττὸς, χαλκὸς ἄλυσιν διατρίβων. Objectum autem crimen fuerat Palamedi, quòd πεττοὺς, *videlicet calculos*, & turpes κύβους, *tesseras*, maximum malum, Græcos docuisset. Quæ, dum ita hoc crimen dilnit Gorgias, ut πεττὸς tantùm nominet; videtur hac unâ voce & calculos simul, & tesseras denotare. Imo & πεττοὶ aliquando tesseræ. Etymologus: Πεττοὶ,

ſo nuncupatus, horribilis. Et, poſteaquam ipſe paſſeres devoraverit, converſuſque eſt in lapidem; quod dixerat *ſignum*, idem appellat δηλα πέλωρα, *ter-*

Γα σῆμα, δράκων ἐστὶ λίθινος δαφοινὸς, σμερδαλέος. Μελὰ δὲ τὰς ϛρυθὺς, ϗ ἤλω ἐσολίθωσιν, τὸ

ſil, βίλια κυβικῶν. legendum, *κυβάκι*. niſi malis *ταβλικῶν*. Heſychius: Πεττοὶ, *βίλια, ἐν οἷς ταβλίζουσι*. Idem Heſychius: Πεσσὸς, *πεττοὶς, βολίοις, κύβοις*. Hinc ὁ πεσὸς derivatur ab Euſtathio poſt Etymologum παρὰ τὸ πίπτω, κατὰ συγκοπὴν τοῦ π'. unde etiam Euſtathio πεπεσόντα τὸ τυχηρὸν σύμβαλε. ὅτι δέ, inquit, ὁ πεσὸς τύχης ἐχεῖ ἄθυρμα, ϗ αὐτὰ δύσκηται, ἔνθεν οἱ ἀντικυβεύοντες. Similiter Heſychius: Πεσσοὶ, *τοὺς κύβους παρὰ τὸ πίπτειν αὐτούς*. Inde πεσοὶ πίττοντες ὀστοῖς, *teſſera male cadentes*, in lepidâ epiſtolâ Monochori ad Philocyllum apud Ariſtænetum. Sed aliud eſt, calculorum luſionem miſcere cum luſione teſſerarum, & ex binis ludis unum ludum facere, ut ſit in luſu tabulæ, vel duodecim Scriptorum; aliud, unum ex his ludis ab altero dividere, alterumque per ſe ſine altero ludere, ut eos ludos inter ſe ſeparatos conſiderat Petrus Victorius. Ubi ergo ambo hi ludi in unum quemdam ex teſſeris & calculis conſtantem coëunt, quemadmodum nomine partium totus aliquando ludus intelligitur, ita nomen unius partis parti alteri aliquando tribuitur, ad totam ludi illius conſtitutionem ſignificandam. Hinc non modò totus hic ludus πεσσοὶ, aut κύβοι: verùm etiam οἱ πεσσοὶ, κύβοι, & ὁ πεττὸς, κύβος, itemque τὸ πεττεῖον, κυβεῖον. Heſychius: Πεττὸς, ὁ διὰ κύβου παιδιά. Idem: Πεττεύειν, κυβεύειν. Suidas: Πεσσὸς, κύβος. Non quòd οἱ πεσσοὶ revera ſint κύβοι, ſed quia ludus, quem, tamquam ex parte, ut diximus, ſignificant πεσσοὶ, διὰ κύβων magis explicatur. Ita neſcio quomodo, ex unius, ejuſdemque ludi ſocietate, confuſa inter ſe a Græcis Grammaticis utrorumque functio, & ſignificatio. Etymologus: Πεττὸν, τὸ μεσαίτατον, ἀπὸ τῆς πεττῆς, τουτέστι, τῆς κύβου. Item Suidas: Πεττὸν, μεσαίτατον, ἀπὸ τῆς πεττῆς, τουτέστι, τῆς κύβου. Certè hic πεσσοὶ proprie, & per ſe, non ſunt κύβοι. Nam κύβοι, ſeu teſſeræ, jacientur. Transferuntur autem, ſeu de uno in aliam ſedem moventur πεσσοὶ, ſeu calculi. Et tamen πεττεύειν τὸ μεταφέρειν, dicitur eſſe ἀπὸ τῆς πεττῆς, τουτέστι, τῆς κύβου. Certè hic πεσσοὶ proprie, & per ſe, non ſunt κύβοι. Nam κύβοι, ſeu teſſeræ, jacientur. Transferuntur autem, ſeu de uno in aliam ſedem moventur πεσσοὶ, ſeu calculi. Et tamen πεττεύειν τὸ μεταφέρειν, dicitur eſſe ἀπὸ τῆς πεττῆς, τουτέστι, τῆς κύβου. Verùm, ubi duæ illæ luſiones, πεττὴ, & κυβεία, inter ſe dividuntur, cum πεσσοὶ nullo modo ad κύβους referuntur, eo quòd per ſolos calculos ludus diſponatur ſine jactu teſſerarum: tunc ſanè neque Græci quoquam τοὺς πεσσοὺς dixerint κύβους, neque Latini interpretati fuerint *teſſeras*; ſed πεσσοὶ puri puri ſunt calculi. Heſychius: Πεσσὸς, ἔνθα τοὺς ψήφους, οἷς ἐπαίζον. Hoc modo πεσσοὶ quid diverſum a κύβοις apud Herodotum, ubi hic ad Lydos inventionem refert τῆς κύβου, aliorumque hujus generis luſuum, præterquam πεσσῶν. Euſtathius. Ἡρόδοτος δὲ φησὶς διαιρῶν ἀκλεῶς κύβον, ϗ πεσὸν, ὡς οἷς λέγω, ὅτι Λυδοὶ τὰς κύβους εὗρον, ϗ τὰς ἐξαγώλους, ϗ τὴν σφαῖραν, ϗ ἄλλα παίγνια, πλὴν πεσσῶν. Hoc igitur modo πεττεία teſſerarum ludum nunquam ſignificaverit, quod erat a nobis contra Petrum Victorium demonſtrandum. *Politi*.

1. ὡς παραμύθιον λιμοῦ κακοῦντος τὸν ϛρατιὸν) Ab eadem cauſâ fallendæ famis Lydis repertum eſſe luſum teſſerarum, tametſi non calculorum, narrat Herodotus l. 1. n. 94. *Poliz.*

2. παρ' οἷς ἦν, φησὶν, ὁ λεγόμενος Παλαμήδης πεσσὸς) Teſtatur etiam Pauſanias in Corinthiacis c. 20. ſupra Nemei Jovis ædes, Fortunæ fanum eſſe petantiquum: οἱ δὲ Παλαμήδης κύβους ἔφασαν ἀνθρώπου ἐς πόνον ϔ νοῦν. Ubi item vides, teſſerarum inventum vindicari Palamedi. Et in Polygnoti tabulâ picti olim conſpiciebantur Παλαμήδης π, ϗ Θερσίτης κύβους χρώμενοι παιδιᾷ, τῇ Παλαμήδους ἐφήμοσι, eoſdem Pauſaniâ teſte in Phocicis c. 31. *Poliz.*

3. τὸν αὐτῷ ἑῴσιον Αἰγυπτίοις ἀνατιθέντων ἔφησι) gravis cumprimis auctor Plato, qui in Phædro ſub perſonâ Socratis audiſſe ſeſe a ſenioribus refert, cum dicerent, circa Naucratin Ægypti quemdam olim fuiſſe Indigetum deorum, cui nomen Θεὸς, *Theuth*. Hunc φάσκον εἰρηκέναι τε, ϗ λεγόμενόν δήπου, ϗ γεγραφέναι, ϗ ἀξιοπιστεῖν· ἐπεὶ δὲ πεσσῶν τε, ϗ κυβείας, ϗ δὴ ϗ γραμμάτων. Sic legit Euſtathius, ubi editi libri, numero multitudinis, habent, πεσσῶν τε, ϗ κυβείας. Gerardus Joh. Voſſius per πεσσῶν, & κυβείαν neutiquam intelligi putat a Platone ludum cuborum, & alex: ſed artem calculis & cubis numerandi. *Nam is ludus*, inquit, *quem dixi, Palamedis eſt inventum, ut eſt apud Sophoclem in Palamede*. Sed, præterquam quòd πεσσῶν ſi diſtinguitur a κυβείᾳ, non eſt certè ludus cuborum, & alex, ſed totus ludus artis; non neceſſe eſt, de auctore hujus ludi, Platoni, ſeu potius vetuſtiſſimis illis Ægyptiis, cum Sophocle convenire, ut, quia πεσσῶν, & κυβῶν Sophocles refert ad Palamedem, ideo Ægyptii deo illi ſuo Theuthi utramque luſionem aſſcribere non potuerint, quando nec Herodotus τῆς κύβου inventionem Palamedi vindicat, ſed Lydis. Deinde explicatio illa πεσσῶν, ϗ κυβῶν, tamquam artis cujuſdam per calculos, & cubos numerandi, nova eſt, & inaudita, veteribus omnibus Græcis Scriptoribus contraria, nec Platonis ſenſui ſatis congruens: quippe quum Plato πεσσῶν π, ϗ κυβῶν eo ipſo in loco ſejungat ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ π, ϗ λογισμοῦ. Unde & Gregorius Nazianzenus Orat. I. in Julianum, inter cetera Palamedis inventa diſtinguit τὸ πεσσεῖον, ϗ ἀριθμὸν, ϗ λογίζεσθαι δακτύλους. Porrò τὸ πεσσεῖον, tamquam ex parte, ſignificat Gregorio totum ludum conjunctum ex πεσσῶν, & κυβῶν, quas dividit Plato. quomodo Heſychius πεσσεύσαι interpretatur κυβεῦσαι. Præterea, quam alibi in ludo alex πεσσεῖον κύβων vocat Plato, eamdem, ex mente ipſius Platonis, Plutarchus dicit κυβῶν. Idem etiam Plato inventionem numeri, quam in loco iſto Phædri propriam facit Ægyptiorum, alibi, videlicet lib. 7. De Republicâ, de Poetarum Tragicorum ſententiâ, Palamedi attribuit. *Poliz.*

gabitur magnâ copiâ ſudoris e pectore profluentis. Non enim ipſum illud lorum, ut equus, ſudat. Τελαμὼν autem hoc loci, lorum latum eſt, quo clypeus ἀνεφέρετο, *ſuſtollebatur*. Ideoque idem vocabatur ἀναφορεύς. Atque hîc veteres obſervant, eo nondum tempore clypeos ſubnexas fibulis habenas habuiſſe; ſed regi eos loris conſuevisſe, ab unâ extremitate ad alteram pertingentibus. Videbimus enim infra, parvum quoddam lignum in medio clypeo antiquitus fuiſſe: quum repertæ nondum eſſent, quæ nunc in decuſſis modum adnexæ ſunt clypeo per fibulas habenæ, quæ etiam habenæ ὄχανα, *anſæ*, appellantur. Dicitur autem ὁ τελαμών, ſicuti etiam ὁ τάλας, *laborum, atque ærumnarum patiens*, a verbo ταλάω, quod ſignificat *tolero, vel patienter ſuſtineo*, quaſi ταλαμών, ideſt, aptus ad perferendum, & geſtandum. Habetque τὸ μ', ex pleonaſmo paragogico, juxta atque ὁ θαλαττμών, *littus ſpatioſum, ſeu foveæ mari vicinæ*. Τελαμὼν porro ἀσπίδος, *lorum clypei*, dictum eſt ad diſtinctionem ceterorum aliorum, de quibus unum eſt lorum enſis. Sin autem nova res videtur, atque inuſitata, τελαμώνιος iſtius cognominem eſſe Heroem illum, filium Æaci; conſiderandum, ut hiſtoriæ auctor Duris, tametſi non cognominis, tamen denominatione ſimilis fuerit δίφρου, *baſis*, *ſeu lanceæ*. At verò ἀσπὶς dicta eſt ἀμφιβρότη, ideſt, ἀμφὶ τ βροτὸν, *circumdans, circumtegenſque mortalem*, hoc eſt, hominem, ſeu tegens totum hominem. Ceterùm, quod notant hîc veteres, τὸ βροτὸς, *mortalis*

λῷ ἱδρῶτι. Οὐ γὰ αὐτὸς ἵππος ὁ τελαμὼν ἱδρῶ, ὡς ὁ ἵππος. Τελαμὼν δὲ τοῦτον, λῶρος πλατύς, δι' οὗ ἡ ἀσπὶς ἀνεφέρετο. Διὸ καὶ ἀναφορεὺς ὁ αὐτὸς ἐλέγετο. Ἐνταῦθα δὲ σημαίνονται οἱ παλαιοὶ, ὅτι ἔτω ὅτε πόρπακες ἦχον αἱ ἀσπίδες, ἀλλ' ὑπὸ τελαμώνων διῳκοῦντο, δηκόντων ἀπ' ἄκρου εἰς ἄκρον. Φαίνεται γὰ ἐν τοῖς ἑξῆς, ὅτι ἐν τῷ μέσῳ κανόνιόν τι τὸ παλαιὸν ἦχεν ἡ ἀσπίς. Οὕπω γὰ ἐπενοήθησαν οἱ νῦν χιαροὶ πόρπακες, οἱ καὶ ὄχανα λέγονται. Λέγεται δὲ καὶ ὁ τελαμὼν, ὡς καὶ ὁ τάλας, ἀπὸ τοῦ ταλάσω τὸ, καρτερῶ, οἱονεὶ ταλαμών, ὁ καρτερικὸς, καὶ βαστακτικός. Τὸ δὲ μ' ἀπὸ πλεονασμοῦ παραγωγικῆς ἔχει, ὡς καὶ ὁ θαλαμών. Τελαμὼν δὲ ἀσπίδος, πρὸς διαφορὰν ἑτέρων ἐρρέθη, ὧν εἷς καὶ ὁ τοῦ ξίφους. Εἰ δέ τι καινὸν δοκεῖ τελαμῶνι τοιούτῳ ὁμωνυμῆν ? τ ἥρωα τ ἐξ Αἰακοῦ, ἐνθυμητέον, ὅτι καὶ ὁ Δοῦρις, ἀνὴρ ἱστορικὸς, εἰ καὶ μὴ ὁμωνυμῆ, ἀλλ' ἔν γε παρωνύμασι δόρατι. Ἀσπὶς δὲ ἀμφιβρότη, ἡ ἀμφὶ τ βροτὸν ἄνθρωπον, ἢ ἡ σκέπουσα ὅλον τ ἄνθρωπον. Φασὶ δὲ εἰλοῦθα οἱ παλαιοὶ, ὅτι τὸ βροτὸς ἐν ταῖς συνθέσε-

σι

1. τὸν τ ἀμφιρύτην) Homerus: Νῆσον ἐ ἀμφιρύτην. Polit.

2. ἀναφορεὺς) eâdem formâ, ut ἀμφιφορεὺς, *amphora*, vas utrinque anſatum, ut videre eſt in numis Athenienſium. *Salvin.*

ἀναφορεὺς ὁ αὐτὸς ἐλέγετο) Etymologus: Τελαμών, ὁ ἀναφορεὺς τ ἀσπίδος. Secundùm alios hujuſcemodi erat τύπανον. Suidas alibi: Πέρπαξ ὁ, κατά τινας μία τ ἀναφορὰς τ ἀσπίδος. Polit.

3. ἀλλ' ὑπὸ τελαμώνων διῳκοῦντο) Herodotus de antiquo clypeorum uſu, ante repertas a Catibus ὄχανα. διὸ ἐχόντων ἐφόρουν τὰς ἀσπίδας πάντες, οἵτινες εὐθυωρὸν ἀκαίου χεῖθαι, πλεκομένοι συντείνοισι εἰωθζωνες περὶ πᾶσι αὐχέσι τι, τοῖσι ἀριστερῆσι ὠμοισι περικάμενοι. Polit.

4. πόρπακες, οἷς τὰ ὄχανα λέγουσι) Scholiaſta Sophoclis ad Ajacem: ἔστι ὁ πόρπαξ ὁ λῶρος, διὰ ὃ κατέχουσι τὴν ἀσπίδα, ὃς λέγεται καὶ ὄχανον. Scholiaſta Ariſtophanis ad Equites: Πέρπαξ, ᾧ ᾗ τ ἀσπίδα κατέχουσιν· ὃ καλεῖται ὄχανον. περιφερὴς ὁ δοκὸς ἀσπίδος ἑκατέρωθεν κοιλιακὸς διὰ τ πόρπακος. Hinc Heſychio πόρπαξ, ὁ ἀνεχὰς τ ἀσπίδος, ὃς ὃν ὁ πῆχυς ἀνίεται, ἢ φέρεται. Polit.

5. ἀπὸ τ παλάσσω) Etymologus: παρὰ τὸ παλάσσω, παλαμῶν· καὶ ξυρῆ. Polit.

6. ὧν εἷς καὶ ὁ τ ξίφους) Heſychius: Τελαμών, λῶρος καὶ ὁ ἀναφορεὺς τ ξίφους, καὶ τ ἀσπίδος. Suidas: Τελαμὼν ὁ ἀναφορεὺς τ ξίφους, καὶ τ ἀσπίδος. Polit.

7. τ ἥρωα τ ἐξ Αἰακοῦ) Telamonius Ajax hic intelligitur, qui diſtinguitur ab altero Ajace Oilei, ut Virgilius eum appellat, ideſt, Ajacis, Oilei filii, τ Θιλέως. Οἰλεύς. *Salmaſius.*

Telamon, ut manifeſtum eſt, hîc intelligitur Æaci filius, pater Ajacis, qui Ajax ab eo denominatus eſt Telamonius. Ulyſſes apud Ovidium in cauſâ armorum Achillis:

meritis expendite tantum,
Dummodo quòd fratres Telamon, Peleuſque fuerunt,
Aiacis meritum non ſit.

Sed non omnes de eo conſentiunt, quod cum aliis ſentit Ovidius, Peleum, & Telamonem fratres fuiſſe. Pherecydes enim ſcribit, Telamonem amicum fuiſſe, non fratrem Pelei. *Polit.*

8. ὁ Δοῦρις, ἀνὴρ ἱστορικὸς) *Duris Samius, homo in hiſteriâ diligens* Ciceroni lib. 6. ep. 1. ad Atticum. Eum tamen, quoad venuſtatem dicendi, longe inferiorem Ephoro, & Theopompo facit Photius in ſuâ Bibliotheca Cod. 176. *Pelu.*

λὴν ἀμβρότην ἃ Τιτῆνες. Ὅτι πρὸ τῆς φωνῆσαι
λὸ, Οὐ γὰ σαωσολὴ ἔσαι, ἀδ' ἐβαρὺν, ἢ μὴ
τύξ ἐλθοῦσα διακρινέη μένος ἀϊδρῶν. Οὕτω γὰ
μέλλει διασκευάσαι τὴν μάχην ὁ Πειπτὴς, ἐκ
πρωΐας τελευμένην ἕως νυκτός. Καὶ ὅρα τὸ,
διακρινέη μένθ. Μετ' ὀλίγα μὲν γὰ ἡγε-
μόνες διακρινῆσι λαὺς, αἰπολίων δίκην· ἡ δὲ
νὺξ, οὐχ ἁπλῶς ἄνδρας, ἀλλὰ μέτρια διακρί-
νει ἀϊδρῶν, ἐθέα μὲν πᾶσα ἰῆς γικοῦλας,
ἀφιεῖσα δὲ ἰῆς ἡπιωμένης.

ex κτίνω fit κτένω, *occido*. itemque ex πτίνω eſt ὁ πτίνων, *tendo*. alterum verò, πτίνω per diphthongum, ut ex ῥῶ dicitur ῥίνω, *adſpergo*; & per reduplicationem πιπτίνω. Unde gens divina, οἱ Τιτῆνες, *Titanes*. Exclamatio ante rem geſtam, ac prædictio illa eſt: *Non enim ceſſatio erit, ne tantillum quidem, niſi nox interventu ſuo dirimat ardorem virorum*. Sic enim pugnam illam Poëta eſt deſcripturus, ut a primo ea diluculo ad noctem uſque perducatur. Ac vide illud, *dirimat robur, atque ardorem*. Quum enim duces paullò poſt ſint, caprarum more, copias diſcreturi, ac diſtincturi; tamen nox non ſimpliciter viros dirimit; ſed robora virorum, quippe quæ & victores ſeorſum conſtituat, & victos ſejungat.

Ὣς ἔφατ'. Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, οὐδ' ὄτε πῦμα
Λαπὴ ὑπ' ὀφρυόεσσα, ὅτε κινήσῃ νότος, ὀλοὸν 395
Προβλῆτι σκοπέλῳ· ἢ δ' ὅτοτε κύματα λάκτι
Παντοίων ἀνέμων, ὅταν ἔνθ', ἢ ἔνθα γένωνται.
Βασ. p.185. Ἀρχόντες δ' ὀρέοντο, κελευθίζοντες κατὰ νῆας,
Κήτεσσόν τε κατὰ κλισίας, καὶ δόρπον ἕλοντο.
Ἄλλος δ' ἄλλῳ ἱρήϊ' ἔδων αἰσυλητάων, 400
Εὐχόμενος θάνατόν τε φυγεῖν, καὶ μῶλον Ἄρηος.
Αὐτὰρ ὁ βοῦν ἱέρευσεν ἀνὴρ εὐδοξότατος Ἀγαμέμνων
Πίονα, πεντάετηρον, ὑπερμενέϊ Κρονίωνι.

Sic dixit. Argivi verò altè clamarunt, ceu quando fluctus
Alto in littore, cum ipſum Notus moverit, invadens
In prominentem ſcopulum, quem nunquam fluctus relinquunt
Diverſorum ventorum, quando hæc, aut illæc ſpirant.
Surgentes verò tendebant, ſparſi per naves,
Fumumque excitabant per tentoria, & prandium ſumebant;
Aliuſque alii ſacrificabat deorum immortalium,
Precans, ut mortem fugerent, & ſtragem Martis.
Ceterùm bovem ſacrificavit rex virorum Agamemnon
Pinguem, quinquennem, præſtanti Saturnio.

ρως'. Ὅτι ὥσπερ πρὸ ἴστε ἰὼ ἐκ ἡ ἀγορᾶς
ἤγειρεν τὴν Ἑλλήνων, ᾧ κίνησιν, ᾗ κύμασι πόν-
τε ἤκασεν, ἵνα πάλιν τὴν ἐπαταρροφὴν ὁ-
μοίως

CLXXXVI. Quemadmodum antea concitationem Græcorum a concione, eorumque commotionem, marinis fluctibus aſſimilavit; ac rurſus deinde eorumdem reditum fluctibus pariter per-

1. ἀβρότην) concubia; intempeſta nox, quo tempore nuſquam mortales vagantur, ſed cubant. Homerus: Ἀμβροσίην διὰ νύκτα. *Per ambroſiam noctem*. Ἀμβρόσιος. *Ambroſius, immortalis, divinus*. Salvinus.

2. Κήτεσσ', τὰ, πίε εἶσιν) v. 347. lib. *i* Od. *Polit.*

3. ὃν φέλον δαμόνιον οἱ Τιτῆνες) lege, εὖλον δαμόνιον οἱ Τιτῆνες, ut legiſſe olim conſtat Guarinum Camertem, & Carolum Antenoreum. Titanes etiam Etymologo videbantur ſic appellati: παρὰ τὸ τιταίνω, οἱονεὶ οἱ τείνοντες τὰς χάρις ἐς τὸ κέρδος καὶ αὐξῆσι τῶ παῖδες Κρόνου, ἤγουν τῶ Οὐρανοῦ. Quibus verbis ſubjungit hæc Etymologus: Τὸ δὲ τιταίνειν, σημαίνει τὸ τείνειν, καὶ ἕλκειν, παρὰ τὸ τείνω, κατὰ ἀναδιπλασιασμόν. Sed ſententiæ huic, quæ τὰς Τιτῆνας derivat παρὰ τὸ τιταίνω τὸ τείνω, illud obſtat, quòd hujuſce verbi primam Poëtæ corripiunt: quam iidem tamen primam producant in Τιτῆνον. Quare aliis fortaſſe magis probetur altera etymologia, ſecundùm quam idem Etymologus Τιτῆνας vult nominatos ἀπὸ τῆς τίσεως τῶ οὐρανοδίδυμα. Unde Τιτῆνες, οἱ ὧν διασπαστήρωσι, ὄχη δόναι τιμωρίαν. Atque iſtud ipſum etymon apertè docet Heſiodus in Theogoniâ, illis verſibus:

Τὰς ἡ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκεν,
Παῖδας τοκῆας μέγας Οὐρανὸς, ὃς τέκεν αὐτούς.
Φάτις γὰ, τιταίνοντας ἀπάλαιν μέγα ἔργον
Ἔργον, τῶν δ' ἔπαυσε τίσιν μενεπτολέμων ἑτάρων.

Nempe Οὐρανὸς pater filios illos tuos, Τιτῆνας cognomento vocavit, ut explicat vetus Scholiaſta, ἀπὸ τῶ μέλλειν αὐτὰς τιμωρίαν τίσαι ὑπὲρ ἡ τῶ πατρὸς ἀδικίας, ἀπὸ τῶ Διός· ἢ ἀπὸ τῶ τιταίνειν τὴν ψυχὴν ἑαυτῷ, ὃ ἐςι βλάπτειν, μέλλοντας τιμωρῆσθαι ὑπὸ Διὸς διὰ τὴν αὐτῷ ἀδικίαν, καὶ ἐπανάςασιν. Porrò τιταίνειν antiqui quædam Scholia exponunt τιμωρίαν παρέχειν, ὑπὲρ ὧν ἠδίκησαν, παρέχειν καὶ Τιτῆνας ἀναμένοντας οἱ μνησίκακοι. Quamquam alii τιταίνειν aliter intelligunt ἀπὸ τῶ, τίσιν καὶ τιμωρίαν λαμβάνειν, ὑπὲρ ὧν ἠδίκει ὁ Οὐρανός. quo ſenſu Τιτᾶνες Heſychio, τιμωροί, ἀπὸ τῶ τιταίνειν. ut & τιταίνειν ab eodem Heſychio non modò exponitur τίνειν· verùm etiam τίσιν λαμβάνειν, τιμωρίαν. Hinc Servius: *Et ferunt fabulæ, Titanas ab iratâ contra deos Terrâ, ad vim ultionem creatos. Unde & Titanes dicti ſunt ἀπὸ ἡ τίσεως, ideſt, ab ultione*. Irata autem erat Tetta τῷ Οὐρανῷ, quòd ille filios, ut quiſque primùm naſcebatur, in tetræ tenebras abderet, atque occultaret, ut narrat Heſiodus. Atque hinc etiam vetus Scholiaſta τιταίνοντας interpretatur βιαίοντας τιμωρίαν ἀπαιτοῦντας ἡ πατέρα παρανόμως ἐπὶ ὕβριν· καὶ τίσους ἕξειν ποιοῦντας, τιμωρήσας τῷ μεῖζι. Politus.

4. ἢ ἡ μάχη, οὐχ ἁπλῶς ἄνδρας) lege, ἢ ἡ νὺξ. Politus.

5. αὔμασι πόντου ἤκασε) Cic. pariter Populum Romanum mari aſſimilat, orat. pro A. Cluentio Habito. ait enim: Ex *quo intelligi poteſt id, quod ſæpe dictum eſt, ut mare, quod ſua naturâ tranquillum ſit, ventorum vi agitari, atque turbari, ſic & populum Romanum ſuâ ſponte eſſe placatum; hominum ſeditioſorum vocibus, ut violentiſſimis tempeſtatibus, concitari*. Salvinus.

nitus sonoens, magnum solet sonum efficere. Προβλῆτα autem σκόπελον, *projectum scopulum*, dicit petram prominentem, atque extantem e mari, in modum promontorii, ex quo magna locorum spatia licet oculis perlustrare. Ubi sciendum, firmum, & constantem virum, quem pericula minimè omnium commoveant, assimilari aliquando posse prominenti isti scopulo, quem minimè deserunt fluctus diversorum ventorum, quando huc, aut illuc spirant. Atque isti etiam scopulo Græcos Poëta facit quodammodo similes: quos, sicuti mare ventis servit, quemadmodum supra dictum est, sic & ipsos servire novimus, ac famulari non regis modò voluntati; verùm etiam plerumque consiliis, ac decretis Optimatum, dum & fugiendum esse volunt, & manendum, & pugnandum, & prandium ineundum, & quæcumque alia sunt iis visa. Quoniam verò ὁ σκόπελος, *scopulus*, fit ex σκοπὸς, *speculator*; sciendum, vocari eum etiam posse σκοπὰν, *speculam*: jam verò & περιωπὴν, *locum editum, ex quo facilis est circumspectus*.

CLXXXVII. Pleræque voces a consonante incipientes, deperditâ deinde ipsâ illâ, a qua incipiebant, consonante, denuo in eodem manent significatu: ut καύχημα, αὔχημα, *gloriatio*; χλιαρὸν, λιαρὸν, *tepidum*; γᾶρα, ἆρα, *terra*; σμικρὸν, μικρὸν, *parvum*; σῦς, ὗς, *sus*. Sic igitur etiam

σκε-

ραβολὴ ταύτη ἀκτὴ ὑψηλὴ, ἡ τοῦτον, ὃς ἐμφασιν τῦ μεγέθους ἔχει. Κῦμα γὰρ ὁ τοῦτος ὠθῶν μέγα, καθ' Ὅμηρον, ἡ ὑψηλὴ προσρήσσων ἀκτὴ, μεγάλην ἰαχὴν οἶδεν ἀπολεῖν. Προβλῆτα δὲ σκόπελον λέγω, λίθον προβεβλημένον ἐν θαλάσσης, ὡς ἐν ἀκρωτηρίῳ, ἐξ ὗ ἔστι πολὺν τόπον κατασκοπῆν. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἔστι ποτὲ τὸν σφοδρὸν ἄνδρα, ἡ κινδύνοις ἀσυγκλόνητον, τοιούτῳ προβλῆτι σκοπέλῳ εἰκάσαι, ὃν οἱ λίσσαι κύματα παντοίων ἀνέμων, ὅτ' ἂν ἔνθα, ἢ ἔνθα γένωνται. Τοιούτῳ δέ πως ἡ ἡμᾶς Ἕλληνας ὁ Ποιητὴς ἀφομοιοῖ· ὃς, ὡς θάλασσα δημεύει, καθὰ προεῤῥέθη, ἀνέμοις, ὕτω ἡ αὐτοὺς δημεύοντας οἴδαμεν ὑ τοῖς βασιλικοῖς μόνον, ἀλλὰ πολλάκις ἡ τοῖς τῶν γερόντων βουλαῖς, αἵτινες ἦσαν ἰὼ, φεύγωμεν, ἰὼ, μένωμεν, ἰὼ, μαχώμεθα, τὸ ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἡ τὰ λοιπά. Ἰστέον δὲ, ὡς, ἐπὶ ἐκ τοῦ σκοπὸς γίνεται ὁ σκόπελος, λείπει ἂν ἡ σκοπιὰ· ἥδη δὲ ἡ περιωπή.

ρπζ'. Ὅτι πολλαὶ τῶν λέξεων, ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμεναι, εἶτα τοῦ καὶ ἀρχὰς συμφώνου ἐκθεσθαι, μένουσι πάλιν ἐπὶ τ αὐτῆς σημασίας. οἷον, καύχημα, αὔχημα. χλιαρὸν, λιαρόν. γᾶρα, ἆρα. σμικρὸν, μικρόν. σῦς, ὗς. Οὕτω γοῦν ἡ

1. τὸς δημογερίας) lege cum Frobenio δημηγερίας. Polit.

2. σκιαλὸς δὲ τοῖς φιλαπροσώποις δικασταῖς) Plato: *ἐρεῖσθαι πρὸς λόγους. stultum sermone parare.* Salvinus.

3. κατὰ τ θρυλλούμενον τ Ἀλεξανδρέα δικαιοπολίτην) fortasse intelligit Ptolemæum τ Σωτῆρα. Hunc enim Chares apud Athenæum scribit ἐλάσσον ἀποδαχθῆναι Ἀλεξάνδρου. Est autem ἐλάσσος idem, qui Artemidoro dictus est δικαιοπολίτης, ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν καλῶν ξύστῳ, παρὰ τ ἐλεῖν. Politus.

4. Παρίλαβε) l. Παρίλαβε. Polit.

5. μεγάλην ἰαχὴν οἶδεν ἀπολεῖν) Horatius de fremitu, plausuque populi ait: *Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuscum.* Salvin.

6. λίθον προβεβλημένον) Etymologus: Σκόπελος, λίθος προβεβλημένος ἐν θαλάσσῃ. Hesychius: Σκόπελος, πέτρα, ἢ ἀκρώρεια, ἀφ' ἧς ἔστι σκοπεῖν τὰ πόρρω, ἢ ὀξύκορυφος εἰς θάλασσαν πέτρα. Polit.

7. ἢ σφοδρὸν ἄνδρα, ἡ κινδύνοις ἀτρομαλέπτον) qualem describit Flaccus l. 3. Od. 3.

Justum, & tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solidâ; neque Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ;
Nec fulminantis magna Jovis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Politus.

Idem Horatius: *adversis rerum immersabilis undis.* Salvinus.

8. ἐκ τῦ σκοτὸς γίνεται ὁ σκόπελος) ἀπὸ τῦ σκοτὸς deducit Etymologus, ὅτι σκοπὸς ἐκεῖθεν γίνεται περιωπή. Politus.

9. σῦς, ὗς) Adde: μία. ῥα. apud Poëtas. Γᾶζα, quæ leniori spiritu litteram *An* efferendo, apud ejus urbis incolas Ἄζα dicebatur, ut asserit Stephanus περὶ τῶν ἐθνικῶν in Voce Γάζα. Sic καύχημα, abjectâ primâ litterâ duri spiritûs, fit αὔχημα. Salvinus.

ἐν τῷ, πῦρ τ' ἀάψυσι θεοῖς. Δύπελαι δὲ ἦναι τὸ ἐκάπνισαν ἀ ἀντὶ τῆ ἔθυσαν. ἵνα λέγη, ὅτι θυσαίλες, ἵτα ἐκάπνισαν. Εὐσδοῖ δὲ ἴ ἰσιῶτον ἰᾶι τὸ, Ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζε θεῶν. ἀ ὁ, Κνίσση δ' ἀρανὸν ἶχεν ἑλισσομέη πρὸς καπνῷ. Καὶ ὕτω ποιῖτ' ἂν ὁ ῥηθέν, αὐτὶ τῆ, κνίσαν ἀπήγαγον πρὸς ἑλισσομένῳ καπνῷ. ἤτοι, ἴ ἀρανὸν ἐκνίσωσαν θύμασι. Τὸ δὲ, + ἄλλος ἄλλῳ ἔρεζε, γεγονε μὲν ἀρχὴ παροιμίας ἡ λεγόσης, ἡ ἄλλα παρ' ἄλλοις κακά· δηλοῖ δὲ, πολυκλήτους ἦναι ἀ ἰὰς Ἕλληνας, καθὰ ἀ ἰὰς τῶν Τρώων ἐπικούρους, ἀ θύειν ἕκασον παλρῴοις θεοῖς. Τὸ γὰ θεῖον, φασὶ, φύσι μὲν, ἓν· θέσι δὲ, πολλά. Ὠφελημένος δὲ ἀ Εὐριπίδης ἐξ Ὁμήρυ, ἔπεν· Ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε, καὶ θρώπων μέλοι. Τὸ δὲ ἔρεζεν, ἀδίπλωτοι ἔχη τὸ ῥ, καὶὰ συνήθη κλίσιν, ἧς ἰὸ μέτρων ἐδεήθη, ὡς ἀ ἐπ' ἄλλων γίνελαι πολλαχῆ. Ἀπικὸς δὲ ἀνὴρ διπλασιάζη ἀ αὐτό. Ἰσέον δὲ, ὅτι Τρῶες ἐν τοῖς ἑξῆς, ἔτε δηπτήσουσιν, ἔτε θύσυσι, διὰ πὼ δηλωθησομένην κατέπηξιν. Τάχα δὲ ἀ ἐκῆνοι, καὶὰ ἰὸ σιωπώμενον, πεποίηκασιν ὕτω πρὸ ἡ ἐκτάξεως. Αἰώνγειέταν δὲ, ἢ ὧν τὸ γένος ἀὶ διαρκῆ, ἢ, ὡς ἀ ἀλλαχῆ φησὶν, ἀεὶν ἐόνλες. Λέγελαι γὰ παρὰ τῆ παλαιῶν, ὅτι οἱ Ἴωνες ἰὸ ἦναι, γενέαζ φασὶν, ὅθεν ἀμγενέτης ὁ ἀὶ ὤν. Ἰσέον δὲ, ὡς ἀ μόνον διὰ τὸ κατεπῆγον ἐνταῦθα τῆ δήπτυ, εὐτελῆ τὰ θυόμενα τῷ τε δήμῳ, ἀ τῷ βασιλῆ, ἀλλὰ ἀ ἄλλως, ἐπειδὴ ὁ ἀ πολυτελῶς διεχρί-

pera-

1. σπεύδζω, πρὸ κεύδζω) Etymologus: λέγεῖ ἀ μετὰ τὸ σ', ἀ χωρὶς τῦ σ'. Politus.

2. ἐπὶ νῆας) Poëta, κατὰ νῆας. Politus.

3. τὸ πήγωνα) lege τὸ πήγωνον. Euſtathius ad Odyſſeam: Ἰσέον ἡ, ὅτι τὸ πῆνα ῥίζωμα ποιᾶ τινα τυρώδεσης, ἐκεῖθεν γίνεῖ ἀ τὸ πήγωνον, οἱονεὶ τύκνόν τι ὄν. Τὸ δ' αὐτὸ παρά τισι ἀ πήγανον κατὰ μετάθεσιν. Δωριεῖς ἡ πρὸ ὄγκων, ὡς ἀ ἀλλαχῆ δεδήλωῖ. Sed, quod Euſtathius proprium facit Dorum, ut τὸ πήγωνον dicant ὄγκωνα· hoc Athenæus aſſignat Jonibus, prolato etiam exemplo ex Anacreonte. *Politus.*

4. ἄλλος ἄλλῳ ἔρεζε) Cicero poſt reditum in Senatu: *Ut in ipſis diis immortalibus non ſemper eoſdem; atque aliis aliàs ſolemnia & venerari & precari.* Polit.

5. ἄλλα παρ' ἄλλοις κακά) forte καλά. Alia apud alios pulcra, honeſta. *Salvianus.*

Notum adagium Græcum: ἄλλα δ' ἄλλοις καλά. Aliud ab iſto videtur adagium, cujus hic meminit Euſtathius: ἄλλα παρ' ἄλλοις κακά. Ex hac malorum diverſitate febat, ut alii aliis diis, prout hi dii his, vel illis malis depellendis præeſſe credebantur, ſacrificarent. *Politus.*

6. ὁ πολυτελῶς διεχρίζετο τὰ ἐξ ὠκεανῦ αἰ παλαιοί) Negat tamen, teſtimonio ipſius Homeri, Athenæus l. 1. c. 14. Οὐδὲ

ſ' Ὁμη-

labor Martis, *ſeu certamen*, idem eſt, atque ærumna, ſeu laborioſa vexatio, ac calamitas, a μόλις, *agrè*, *vix*, producto τῷ ὁ· vel a μή, *non*, & ὅλος, *totus*. unde μόλοψ, is, qui totum exercitum non ſervat; & per craſin μῶλοψ, ut δῆμα dicitur δῶμα, *domus*: σιγηστὴ, σιωπὴ, *ſilentium*: βοήσομαι, βώσομαι, *clamabo*: ὀγδοήκοντα, ὀγδώκοντα, *octoginta*: τὸ ἥμισυ, τὤμισυ, *ſemiſſis*. maximè verò, ut μόρος, μῶρος, *ſtultus*, apud Atticos, is, qui apud poſteriores μωρὸς, accentu acuto. Ac vide, ut integrè, ac perfectè dictum ſit μῶλοψ Ἄρηος, *labor Martis*, *ſeu pugnæ*. Nam μῶλοψ, ipſa pugna, dicitur per ellipſin. Cæterùm, ut rectus τῷ Ἄρηος, *Martis*, idemque primitivum nomen, ſit ὁ Ἄρης, *Mars*, poſteriùs explicabitur. Agamemnon bovem ſacrificat Jovi, pinguem, quinquennem: ut rex regi animal regium, ut perfecto (ſic enim ajunt) atque eximio deo, perfectum eximiumque animal, ut magnum maximo, ut vegetâ floridâque animal ætate, deo præpotenti. Florente enim vegetâque eſt ætate bos quinquennis: quandoquidem Heſiodus vel novennes boves optimos eſſe affirmat ad culturam terræ; menſuramque habere eos ait pubertatis. Ideoque Ariſtoteles, ubi narrat, vigere maximè per ætatem bovem quinquennam, ſcribit, rectè feciſſe Homerum, cum bovem

οἷα λαθόμενος, διὰ τὸ ἓν μόνον ἐν τῇ ἔχειν τὸ κατασρέψαι τὸν Ἴλιον. Μῶλος δὲ Ἄρεος, ἢ κακοπάθεια, [4] ἐκ τῆ μόλις, ἐκταθέντος τῆ ὁ· ἢ παρὰ τὸ μή, καὶ τὸ, ὅλος, μόλος, ὁ μὴ ὅλον τὸν στρατὸν φυλάττων τῆ στρατῆ, καὶ κατὰ κρᾶσιν, μῶλος, ὡς [5] δόμα, δῶμα. [6] σιγηστὴ, σιωπή. βοήσομαι, βώσομαι. ὀγδοήκοντα, ὀγδώκοντα. τὸ ἥμισυ, τὤμισυ. μάλιστα δὲ, ὡς μόρος, [7] μῶρος παρ' Ἀττικοῖς, ὁ παρὰ τοῖς ὕστερον ὀξυτόνως μωρός. Καὶ ὅρα, ὅτι ἐντελὲς μῶλος Ἄρηος ἐστί. τὸ δὲ [8] μῶλος ὁ πόλεμος, ἐλλιπῶς λέγεται. Ὅτι δὲ τῆ ἄρνος προϋπάρχει εὐθεῖα ὁ Ἄρευς, ῥηθήσεται ἐν τοῖς ἑξῆς. Ὅτι βοῦν ἱέρευσεν Ἀγαμέμνων τῷ Διὶ πίονα, πενταέτηρον· ὡς βασιλεὺς βασιλεῖ ζῶον βασιλικὸν, ὡς τελείῳ, φασὶ, τέλειον, ὡς μέγα μεγίστῳ, ὡς δυνατῷ ἀκμαῖον. Ἀκμάζει γὰρ ὁ πενταέτηρος βοῦς· [9] ὅπου γε Ἡσίοδος καὶ τὰς ἐννεαετήρους, ἀρίστας εἰς ἐργασίαν γῆς λέγει, καὶ ἥβης μέτρον ἔχειν φησί. Καὶ [10] Ἀριστοτέλης δὲ, ἱστορήσας ἀκμάζειν μάλιστα τὸν βοῦν πενταέτη ὄντα, λέγει, ὀρθῶς πεποιηκέναι τὸν Ὅμηρον, βοῦν

δ' Ὅμηρος καὶ ποικίλως ἐδωδὰς. λέγει γὰρ ἐδωδὴν πανοῖον. καὶ, ὡς οἷα ἔδουσι δυσέριδες βασιλῆες. Immo Antiphanes, contra atque dicere cum vult Euſtathius, poſteriores Græcos, ut nimis frugales, ac parcos in menſâ, notat ac deridet præ magnificentiâ antiquorum. Ejus verſus extant apud eumdem Athenæum l. 4. c. 3. Sed cum Euſtathio facit inſignis alter locus Athenæi lib. 1. c. 8. ubi Homerum laudat, tamquam egregium, ac ſingularem magiſtrum frugalitatis, quippe qui ἁπλῆ κατασκευὴν τῶν τότε βίων, καὶ αὐτάρκη. Politus.

1. μικροξύπτζει, φιλοξύγης) lege μικροξύπεζει, φιλοξύγης. Τὸ μικροξύπεζει eſt a libris editis Athenæi. Sic apud Antiphanem ſtatim ſequitur: κρέα μικρά. At verò τὸ φιλοξύγης eſt ab emendatione Iſaaci Caſauboni, ex Codicibus, ut ipſe teſtatur, MSS. Nam & apud Athenæum ediderant φιλοξύγες. Polit.

2. βῶν ἓξ κατασίφας ἑαυτῷ π, καὶ τοὺς ἀρίστους) Athenæus de Homero: ἀνδρὶ γὰρ ἀναδίδωσι τῶν δίαιταν τοῦτο, καὶ τῶν αὐτῶν ἑμοίως βασιλέωσιν, ἰδιώταις, νέοις, σφριβύταις, ἑκτὸ παντιδῆς τοῦτ κρέα· καὶ τοῦτα οἷς ἐπὶ τὸ πολὺ βόια εἰ τι ἱερεῖα, καὶ γάμους, καὶ ἄλλη συνίδω. Polit.

3. τῷ βασιλεῖ δὲ Περσῶν χίλια, φασὶν, ἱππεῖς) Ex Athenæo l. 4. c. 10. *Politus*.

4. ἐκ τὸ μόλις) nempe ἐκ τῆ μόλις ἐκφυγὼν. Polit.

5. δόμα, δῶμα) a δίμω, δάμω, unde δίμας corpus, quaſi ſabrica. *Salvinius*.

6. σιγηστὴ, σιωπὴ) lege σιγωπὴ, σιωπὴ, ut hic etiam, præ ratione cæterorum exemplorum, locum habeat craſis τῆ ι, & τῆ ὁ in ω magnum. Etymologus: Σιωπὴ. ἐκ τῆ σιγὴ, καὶ τῆ ὄψ, ὁπὸς (Sic enim ſcribendum pro vulgato ὠψ, ὠπὸς) ἢ τῆ ὄπα, ὃ σημαίνει τὴν φωνὴν, γίνεται σιγωπὴ· καὶ ἀποβολῇ τῆ γ', καὶ κράσει τῆ ι, καὶ τῆ ὁ μικρᾶ εἰς ω μέγα, γίνεται σιωπή. Politus.

7. μῶρος παρ' Ἀττικοῖς, ὁ παρὰ τοῖς ὕστερον ὀξυτόνως μωρός) Suidas: Μωρός· ὁ αὐτὸς. Μῶρος, παρὰ Ἀττικοῖς προπερισπᾶται). Polit.

8. μόλος ὁ πόλεμος) Suidas: Μῶλες, ὁ πολυχρόνιος μάχη. Hinc lego apud Heſychium: Μῶλες, ὁ ἐγχείρισις ἢ μάχης, πόλεμος. Sicuti etiam video conjeciſſe Sopingium. Libri enim editi: Μῶλος, ὁ ἐγχειρισὶς ἢ μάχης. Polit.

9. ὅπου γε Ἡσίοδος) Heſiodus:

βόε δ' ἐνιαετήρω
Ἄρστοι πεντάδα (τῇ γὰρ φέρος ἐν ἀλπνοδίνῃ)
Ἥβης μέτρον ἔχοντα, τὼ ἐργάζεσθαι ἀρίστω. Polit.

10. Ἀριστοτέλης δὲ, ἱστορήσας) Ariſtoteles l. 6. de Hiſtoriâ Animalium cap. 21. ἀκμάζειν δὲ μάλιστα πενταέτη φησὶν, διὸ καὶ Ὅμηρόν φησι

Αὐτὰρ ἐπὴν Αἴαντε δύο, καὶ Τυδέος υἱὸν Ἔκτορ δ' αὖτ' Ὀδυσῆα, Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον. Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος. Ὄρα ὦν, ὅτι καὶ τοὺς γέροντας ἁπλῶς, καὶ πάντας καθ' ἡλικίαν ἀπηριθμήσατο γέροντας. Οὔτε γὰρ οἱ Αἴαντες, οὔτε ὁ τοῦ Τυδέως Διομήδης, γέροντες. Λέγω τοίνυν γέροντας ἐκ μέρους καὶ τάξεως, ὡς ἐντίμους, ὃς καὶ ἀριστῆας ἐπωνομάζει Παναχαιῶν. Καὶ ἴδε, ὅτι καὶ τὸν Νέστορα τοῖς ἀριστεύ-

Aut ergò Aiantes duos, & Tydei filium; Hectorem verò Ulyſſem, Jovi conſilio parem. Sponte ſuâ ad eum venit bello ſtrenuus Menelaus. Vide igitur, ut, quamvis nunc ſenes vocet; tamen non omnes ætate ſenes enumeret. Neque enim Aiaces, neque Tydei filius Diomedes, ſenes. Itaque hos etiam, ſenes appellat ex parte, quippe viros præſtantes, magnâque præditos auctoritate, quos & Optimates nuncupat, ac fortiſſimos omnium Græcorum. Ac vide, ut Neſtorem quoque fortiſſimis viris

σιν ἀριστήεσσι τινὰς ἐπῶς, ποιήσασθαι, ἀρτίνα πεπαίνων· καὶ τὸ, βοὸς ἀτίμητον. διώδεκα γὰρ ταύτην. Βοῦν ἄρτιον πεπαίνων dicit Homerus lib. ι' Il. v. 315. & lib. ν' Odyſſ. v. 420. Βοὸς verò ἀτίμητον lib. ξ' Odyſſ. v. 19. *Politus.*

Mirum ſanè videtur, quod Ariſtoteles aſſerit, idem valere πεπαίνων, ac ἀτίμητον, ſi ἀτίμητον, ſecundùm Lexica, novennem accipiamus. Namque non idem poſſunt quinque, & novem. Sed Gaza doctiſſimas interpres, qui βοὸς ἀτιμήτου vertit *Jovis luſtro florentis*, anſam mihi præbet explicandi illud ἀτιμήτου pro bove novem anni tempeſtatum. Certè enim ὄρος non eſt annus, ſed anni tempeſtas: & quum duæ ſint maximæ differentiæ anni, hyems, & æſtas; ſi cuique anno has duas tempeſtates aſſignemus, bos novem anni tempeſtatum erit bos natus annos quatuor cum dimidio; quod eſt luſtrum, ſcilicet *fere anni quinque*. & ſic, ut Ariſtoteles ait, idem ac quinquennis. ὅτις ἴδοι δόξαι. Salvinus.

Non rejicio explicationem, quæ ſatis probabilis: præſertim quum ἀτίμητοι αὖες alibi per Euſtathium poſſint fortaſſè ſimili ratione intelligi οἱ ἀπὸ ὑμῶν, ἄγαν ὀλίγοι δύο, καὶ ἑνὸς μηνός. ſeu, ut pro his poſtremis verbis meliùs legitur in Indice Euſtathiano Matthæi Devarii, ἢ τριμήνου. At enim τὸ ἀτίμητος factum volunt ex ὦνος· ὄρος autem non eſt anni tempeſtas, ſed annus. unde ἀτίμητος, ἀνωτέρω. Suidas: Ὄρος. ὁ ἐνιαυτός. Heſychius: Ἐνιήσιος, ἐνιαυτός. ὄρος γὰρ ἐνιαυτός. Similiter Etymologus. Ipſe Euſtathius, tametſi ad illud Homericum:

Ἓξ δ' ἅλαον σιάλοιτιν ἐπιπλόμενοι ἐνιήσιοι.

non abhorret ab eâ explicatione, quam paullò ante attulimus, ἐνιαύσιοι καὶ τριμήνου, tamquam ab ὄρος, quæ eſt tempeſtas anni; tamen melius eſſe judicat, ἐνιήσιος intelligere τὸν ἐνιαυτὸν, ſecundùm illud: Ἐνίησιν γὰρ τοί γε καὶ ἐνιαυτήσιος ὄφιν, tamquam ἀντὶ τοῦ ὄρος ὁ ἐνιαυτός· ἐς ἐνιαύσιος ὄφρ' ἅλιος ἔρχοι. Itaque etiam alibi apud Homerum in hunc ſenſum exponit τὸ ἐνιήσιον, ut lib. ν' Il. ἅλαον ἐνιήσιον, τὸ ἐνιαύσιον. ὄρος γάρ, inquit, ὁ ἐνιαυτός. Eodemque modo Brevium Scholiorum Auctor, βοὸς ἐνιήσιον interpretatur ἐνιαυτοῦ. Nec aliter ubique eamdem vocem apud Poëtam explicat. Deinde, quod caput eſt diſputationis, non magis confundenda apud Ariſtotelem videtur ſignificatio τοῦ πεπαντήρος βοὸς, & ἐνιήσιον, eo quòd ipſe doceat, διώδεκα ταύτη, quàm confundi hic debeat apud Euſtathium ὁ πεπαίνων βοῦς cum τῷ ἐνιαυτῷ Heſiodi, eo quòd Euſtathius ex iſto ἐνιαυτῷ bove probet, ἀπαίζειν τὸ βοῦν πεπαίνων. Quare ſicuti ὁ πεπαίνων bos, & ὁ ἐνιήσιος ætate inter ſeſe differunt, unuſque eſt quinquennis, alter novennis, quamvis unius ἀκμὴ illuſtretur ex ætate alterius; ſic etiam ſejungi inter ſe ætate debent ὁ πεπαίνων, & ὁ ἐνιήσιος, quorum alter quinquennis, alter novennis, etſi Ariſtoteles, ſeu apud Ariſtotelem nonnulli, dicant utrumque διώδεκα αὐτόν. Quorſum verò id aſſerit Ariſtoteles? non certè id aſſerit, quaſi idem valeant quinque, & novem, aut eadem ſit ætas quinquennis, & novennis bovis. Sed eadem mens Ariſtoteli, quæ hic Euſtathio. Euſtathius vult bovem

quinquennem ἀκμάζειν, id-ſt, in flore eſſe veluti juventutis conſtitutum. Nam ἀκμὴ juventus eſt, ſeu flos juventutis. Unde & Suidæ ἀκμὴ, ἡ νεότης. & ἀκμάζει, νεάζει. Item Heſychio ἀκμάζει, νεάζει, πεπαίζει. ἀκμὴ, νεότης. Quinquennem illam ætatem, florem veluti eſſe in bobus juventutis, oſtendit Euſtathius ex Heſiodo: quandoquidem Heſiodus docet, inelle in bobus novennibus ἄβος μέγα, hoc eſt, ut Græci magiſtri declarant, ἡλικίας τερματίαν· eoſque ideirco optimos eſſe ad terræ culturam, quippe διὰ τὴν φύσιν ὄντας ἐδώδους, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν εὐσθενοῦντας. ut hinc ſcilicet inferat Euſtathius, ſi bos novennis, qui tantò major eſt ætate, ac provectior bove quinquenni, valet adhuc quàm optimè ad labores: quàm maximè per ætatem florere, hoc eſt, ἀκμάζειν, bovem quinquennem, recentibus adhuc viribus, & tunc primùm per ætatem firmatis. Argumentationis hujus ſuæ Euſtathius ductem, ac magiſtrum ſequitur Ariſtotelem. Sic enim & Ariſtoteles bovem quinquennem maximè ἀκμάζειν confirmat non ſolùm ex eo, quòd Homerus bovem matrem πεπαίνουσαν, *quinquennem*, memoraverit; ſed etiam ex eo, quòd dixerit, βοὸς ἀτιμήτου. Utrumque enim ſubjicit διώδεκα ταύτη. Non vult Ariſtoteles, quod exiſtimat vir doctiſſimus, Theodorus Gaza, eumdem eſſe πεπαίνειν, atque ἐνιαύειν, & utrique huic voci eumdem ſignificatum inſſe: ſicuti neque Euſtathius eumdem vult eſſe ἢ πεπαίνειν, atque ἢ ἐνιαύειν. Non ea nunc vis eſt τὸ διώδεκα. Sed ſignificat Ariſtoteles, bovem utrumque, tum quinquennem, tum novennem, idem poſſe, eodem ferè eſſe vitium robore, ad idem opus ſufficere; adeoque utrumque ἀκμάζειν, ſed maximè quinquennem, eo quòd tunc eam virium firmitatem bos acquirit, quam retineat adhuc novennis. Eſt enim ἀκμὴ, ἡ δύναμις, juxta Suidam. Quare hic etiam notat Euſtathius, ſacrificatum bovem quinquennem Jovi, tamquam διωδεκαετῆ ἀκμαῖον. Sic ergo Ariſtotelis mentem accepiſſe videtur Euſtathius: quippe quum & ipſe ſimili modo ex robore novennis apud Heſiodum bovis, ἀκμάζειν colligit, & viribus per ætatem polleat bovem quinquennem. Atque hæc non eò dicta velim, quòd improbandam cenſeam explicationem illam Salvini, ſatis per ſeſe acutam, & ingenioſam, quam ſupra etiam comprobabam; ſed quia, ſi ἐνιήσιος βοῦς exponimus cum Theodoro Gazâ *bovem luſtro florentem*, aut cum Salvino *bovem natum annos quatuor cum dimidio*; utcumque hæc explicatio in locum Ariſtotelis quadret; certè quidem aptari ea nullo modo poteſt ad Euſtathium. Hic enim, ut diximus, ſcribit, ἀκμάζειν τὸν πεπαίνοντα bovem: quandoquidem Heſiodus boves etiam ἀνιαύσους optimos eſſe dicit, maximèque accommodatos ad agriculturam. Unde & ſubdit, Ariſtotelem hoc argumenti genere uſum fuiſſe, qui ut bovem πεπαίνοντα μᾶλλον ἀκμάζειν demonſtraret, adduxerit etiam illud ex Homero, βοὸς ἀτιμήτου. Quare, ex mente certè Euſtathii, Homericus hic bos ἐνιήσιος, idem eſſe videtur, atque bos ille ἐνιαύσιος Heſiodi. Nemini autem dubium eſſe poteſt, quin ὁ ἐνιαύσιος bos ſit novennis. *Politus.*

quamquòd ipſe per ſeſe fortis vir, ac ſtrenuus erat, ut poſtea oſtenderetur. Tertium, magnum Ajacem, qui fortiſſimus erat Græcorum: quum ſecundum ab uno tantùm Achille fortitudinis gradum obtineret, ut ſæpiùs videbitur. Quartus eſt parvus Ajax Locrenſis, quippe qui magnum illum Ajacem neceſſariò ſemper comitetur, ut pro loco, & tempore ſumus dicturi, ſimulque cum eo a Poëtâ exprimatur. Perrarò enim unus alicubi ſine alio reperietur; ſed ii ut plurimùm conjuncti inter ſeſe, & ſociati commemorabuntur. Quocirca, quum ſimul in prœliis verſentur, nec unus ab alio ſeparetur, perinde quaſi pari, eodemque ſint inter ſeſe animo, juxta Poëtam; ſimul etiam ad convivium regium vocantur: quippe quum animorum ſimilitudo, nominiſque ſocietas individuos eos, perpetuoſque comites faciant.

CXC. Quintus Diomedes, qui quarto loco adſcriptus fuiſſet, niſi Locrenſis Ajax, propter nominis communitatem, cum magno illo Ajace fuiſſet connumeratus. Eſt enim vir ille fortiſſimus; nec non dicendi copiâ, ac facultate æquales ſuos antecellit, ut res ipſæ alicubi loquentur. Sextus Ulyſſes, non tamquam ceteris omnibus minor, qui enumerati antea fuerant (quî enim fieri id poſſit, quum & bonorum conſiliorum ſit auctor, & bellum adornet, atque inſtruat?) ſed quia, quum, regis ipſius beneficio, primus Neſtori locus ſit attributus, non vult manifeſtè Poëta ſecundum dare locum Ulyſſi, quem ipſe, quemadmodum paullò ante dictum eſt, tanti faciendum eſſe exiſtimat. Multò autem minùs tertium eum, aut unum deinceps ex reliquis, numerat: ſed, ut ſic faciat in ceteris; ipſum tamen, ex regis ſententiâ, poſtremum ordine

τατος ἦν, οὐδοήκοντα ἵπας ἔχων συμμαχήσας τοῖς Ἕλλησι. ϗ ἄλλος δὲ καθ' αὐτὸν ἀνδρῆος, ὡς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα δηλωθήσεται. Τρίτον δὲ, τ μέγαν Αἴαντα, ὃς τῶν Ἑλλήνων ἄριστος ἦν, ² δεύτερος ἦκων ἡς ἀνδρίαν μόνῳ τῷ Ἀχιλλέως, ὡς πολλαχῇ φανήσεται. Τέταρτος ὁ μικρὸς Αἴας ὁ Λοκρὸς, αἰὲν ἅμα μεγάλῳ ϗ συμπαραμαρτῶν ἐξ ἀνάγκης, ὡς λεχθήσεται καλὰ καιρὸν, ϗ συνεκφωνούμενος ὑπὸ τῶν Ποιητῶν. Πάντα γὰρ ἀντίους ἀλλήλων διηρημένοι πως εὑρεθήσονται τὰ πολλὰ δὲ συόντες ἀλλήλοις ἱστορηθήσονται. Διὸ ἐν τοῖς πολέμοις ὁμῶς ὄντες, ϗ ἀλλήλων ἀχώριστοι, οἷα θυμὸν ἔχοντες ἴσον, καλᾶ τ Ποιητῶ, ὁμῶς ϗ κικλήσκονται ὡς τὸ βασιλικὸν συμπόσιον· ὡς τῷ ἴσα θυμῷ, ϗ τ ὁμωνυμίας, ἀδιαστάτους ποιήντων αὐτούς.

ρ ν'. Πέμπτος ὁ Διομήδης, ὃς τέταρτος ἂν ἦν, εἰ μὴ ὁ Λοκρὸς διὰ τὴν ὁμωνυμίαν συγκατελέγη τῷ μεγάλῳ Αἴαντι. Ἀνδρικώτατος γὰρ ὁ ἀνὴρ· ἔτι δὲ ϗ ἐν δημηγορίαις ὑπερφέρει τῶν ἡλικιωτῶν, ὡς αὐτά που τὰ ἔργα δήξουσιν. Ἕκτος ὁ Ὀδυσσεὺς, οὐχ ὡς πάντων τῶν προηριθμημένων ἥττων (πῶς γὰρ ὁ βελάς τ ἐξάρχων ἅπασι, πόλεμόν τε κορύσσων;) ἀλλ' ὅτι, τῷ Νέστορος προτεταγμένῳ βασιλικῇ χάριτι, εἰ θέλει ὁ Ποιητὴς ἄντικρυς δῆναι δευτερεῖον τῷ Ὀδυσσῇ, ὃν αὐτὸς, καθὰ ϗ πρὸ μικροῦ εἴρηται, οὕτω πολλοῦ λόγου ἀξιοῖ. Πολλῷ δὲ πλέον, οὐδὲ τρίτον αὐτὸν, ἢ ἑφεξῆς, ἀριθμεῖ· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐστὶ ταῖς ἄλλοις ποιεῖ· αὐτὸν δὲ, κατὰ βασιλικὴν γνώμην, τε-

Bas. p. 187.

Nnn 2

1. *ἐν Λακεδαίμονι ἐ πρεσβύτερος ἡγεῖτο, φασὶν, ἐν τοῖς συμποσίοις*) Propagatus inde mos ad Romanos. A. Gellius l. 2. c. 15. *Apud antiquiſſimos Romanorum neque generi, neque pecuniæ præſtantior honos tribui, quàm ætati, ſolitus: majoresque natu a minoribus celebrantur ad deûm prope, & parentum vicem; atque omni in loco, ingue omni ſpecie honoris, priores potioresque habiti. A convivio quoque, ut ſcriptum eſt in Antiquitatibus, ſeniores a junioribus domum deducebantur: eumque morem accepiſſe Romanos a Lacedæmoniis traditum eſt: apud quos Lycurgi legibus, major rerum omnium honos majori ætati habebatur.* Val. Maximus l. 2. c. 1. *Invitati ad cœnam diligenter quærebant, quinam ei convivio eſſent interfuturi, ne ſenioris adventum diſcubitu præcurrerent: ſublatâque mensâ priores conſurgere, & abire patiebantur.* Politus.

2. *δεύτερος ἦκων ἡς ἀνδρίαν μόνῳ τῷ Ἀχιλλέως*) Hom. μετ' ἐμέθεν Πηλέωνα, *poſt ſe præſtantiorem Peliden.* Salvinus.

κὴ παρέρχῳ τιθέμεν, εἰδότας, ὅτι φύσει τὸ οἰκειότητα ἔχουσι· τοὺς δὲ ξένους, ἐν πρώτοις ἄγομεν, ὡς ἂν ἥδιστον λόγου ἀξιώμενοι. Οὕτω δὲ κὴ ὁ βασιλεὺς νῦν, ὡς πάνυ οἰκειακὸν, παρῆλθε τ' Ὀδυσσέα· τ' δέ γε ἀδελφὸν οὐδὲ ἐκάλεσεν, ὃς αὐτῷ πάντων πολὺ δήπουθεν φίλτατος ἦν· ἀλλὰ ἡδέως ἐκεῖνος, ὅτι ἐσπεῖτο ὁ ἀδελφὸς, ἰατέον, ἐπὶ ργα θεῖ θυσίαν, αὐτόματος ἦλθεν. Ἤδεε γάρ, φησι, κατὰ θυμὸν, ἀδελφεὸν, ὡς ἐσπεῖτο.

ρ Ἐιλαῦθα δέ φασιν αἱ παλαιαὶ,[2] ὡς διδάσκει Ὅμηρος, ὃς ἀ δεῖ καλεῖν ἐν συμποσίῳ, ἀλλ' αὐτομάτους ἰέναι. Δῆλον γὼ, ὡς ὅτε ἀδελφὸν, ὅτε γονεᾶς κλητέον, ὅτε γυναῖκα, οὔτ' ἄ τις, φασὶν,[3] ἰστίμως τινὰς τούτοις ἄγει. Καὶ γὼ ἂν ψυχρὸν εἴη, κὴ ἄφιλον. Εἶτα φησὶν ὁ Ἀθήναιος, ὅτι, καίτοι τινὲς στίχον προσέγραψαν, τὼ αἰτίαν προστεθέντες. Ἤδεε γὼ ἀδελφεὸν, ὡς ἐσπεῖτο. ὥσπερ[4] δέον ὀν κὴ αἰτίαν εἶπεῖν, δι' ἣν ἀδελφὸς αὐτόματος ἂν ἦκει πρὸς δεῖπνον. Καὶ Δημήτριος δέ, φησιν, ὁ Φαληρεὺς, [5]ἐπαρίστερον τὼ τῶ στίχω τούτω παράληψιν οἶδε. Καὶ οὕτω μὲν αὐτόματος παρέβαλεν ὁ Μενέλαος τῷ δείπνῳ. Εἰ δὲ Ὀδυσσεὺς, ὁ ἕκτος κληθεὶς, ἄτιμος, πολλῷ πλέον ὁ ἀδελφὸς ὁ μηδὲ κληθεὶς ὅλως. Ἀλλὰ μὴν ἑδέτερον, οὔτε ὁ ἕκτος ἄτιμος, οὔτε ὁ ἕβδομος. Ὅρα δὲ, ὅτι ἕκτον τάξας ὁ Ποιητὴς τ' Ὀδυσσέα, εἴτοι ἔσχατον ἐν τοῖς κληθεῖσι, σεμνύνει αὐτὸν ἕτερος, κὴ ὑψοῖ τῷ ἐγκωμίῳ, ὡσὼν Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον, κὴ δείξας ἐνθεῦθεν αὐτὸν οὐδὲν ἀποικότα τῇ πρώτῃ Νέστορος, μηδ' ἔσχατον, ἀλλὰ κὴ αὐτὸν ἄκρον τινά, καθὰ κὴ ὁ Νέστωρ, κὴ, κατὰ μὲν τ' βασιλέα,

naturâ ejuſdem domus, ac familiæ conſortium habere. At verò alienos extraneoſque homines primo honoris gradu afficimus, ut aliquo apud nos loco ſeſe eſſe agnoſcant. Sic ergo & ipſe nunc rex Ulyſſem minùs curavit, tamquam permagnâ ſibi familiaritate conjunctum; fratrem verò ne vocavit quidem, qui præ ceteris omnibus mortalibus multò certè ei erat chariſſimus: ſed, quum ille fratrem πονεῖσθαι, *laborare*, hoc eſt, occupari circa ſacrificium, cognoviſſet, ſuâ ipſe ſponte acceſſit. *Noverat enim*, inquit, *in animo, fratrem laborare*.

CXCI. Atque hîc veteres notant, Homerum docere, quos ad convivium vocare minimè oporteat; ſed ſponte ipſos ſuâ venire. Palam enim eſt, nec fratrem, nec parentes eſſe invitandos, nec uxorem, nec ſiquem alium, ut ajunt, pari, atque hos illos, honore, & obſervantiâ proſequimur. Ecenim ineptum hoc eſſet, & alienum ab amore propinquorum. Quamquam nonnulli, ut ſubdit Athenæus, adſcripto verſiculo, cauſſam hanc adjecerunt:

Norat enim, fratrem nimio indulgere labori.

perinde quaſi opus eſſet cauſſam etiam reddere, quamobrem frater ultro pranſum acceſſerit. At enim, inquit, Demetrius Phalereus verſiculi hujus additamentum ſiniſtrum eſſe animadvertit, & ineptum. Atque ita quidem ad prandium ſeſe ultro contulit Menelaus. Quòd ſi neglectus, atque inhonoratus Ulyſſes, qui ſextus eſt vocatus; multò magis frater, qui ne vocatus eſt quidem. Atqui neutra ſit iſtarum rerum. Videlicet neque inhonoratus eſt, qui vocatus eſt ſextus, neque qui ſeptimus. Etſi verò Poëta ſextum ordine Ulyſſem, ſive inter vocatos extremum, collocavit; attamen vide, ut aliâ eum ratione honoret, ac laudibus extollat, quippe qui vocet eum *Jovi parem conſilio*, atque inde oſtendat, nullâ in re diſſimilem eum eſſe Neſtori, qui primus vocatus fuerat; neque infimum eum eſſe, ſed & ipſum ſummum, pariter atque eſt Neſtor. Tametſi enim, juxta regem,

ſextus

1. Φησὶ γ' αὖτε ἀχιλλέας, τοὺς συνδεῖς συμποσιακοὺς) Locus corruptus. Facilis medela, ſi legas, φησὶς γ' οὖν. *Natura hæc eſt*, &c. Salvinus.

Viderat etiam, & ſic correxerat Frobenius. *Polit.*

2. ὡς διδάσκει Ὅμηρος) ὧς ἐνὶς δεῖ εὐγενεῖων ἀνεῖς τὼ δεῖ ἐμοίων παρεῖσθαι, ut ait Athenæus l. 4. c. 26. *Polit.*

Plato in Convivio, paullò poſt principium: ἐς ἄρα κὴ ἀγαθὸν ἐπὶ δεῖπνα ἴοντι αὐτόματοι ἀγαθοὶ. Ὅμηρος μὲν γ' &c. ἐυοῖτο ποιμαίνειν, τοὺς ἐχιστῶς Ἀγαμέμνονος, ἄλλων ἐπέπνων ἐλλίσσεσθαι τ' Μοῦσαν ἐπὶ τὼ θοίνω, χεῖρον ὄντα ἐπὶ τὼ τ' ἀοιδοῦ. Salvinus.

3. ἰστίμως τινὰς τούτοις ἄγει) Athenæus, ἰστίμους τινὰς τούτοις ἄγει. Polit.

4. δέον ὀν κὴ αἰτίαν εἶπεῖν) Athenæus, δέον εἰπεῖν αἰτίαν. Cauſſa illa ſatis probabilis viſa eſt Ariſtarcho, quæ tamen diſplicuit Athenodoro Cyzicæno, & Demetrio Phalereo. *Polit.*

5. ἐπαρίστερον τὼ τ' στίχω τούτω παράληψιν] κὴ τ' τοιούτους ἀλλόκοτον, ex Athenæo. *Polit.*

τε nominarentur. Quoniam verò Menelaus frater venit ultro, hinc poſtea excogitatum eſt adagium illud: *Invocati amici, convivæ veniunt ad amicos, ſive ad menſas amicorum.* Ceterùm ὁ ἀδελφὸς, *frater*, pleonaſmum habet τῆς ἰ, qualem etiam pleonaſmum habet ὁ κενὸς, *vanus, vel inanis*: nec non forſitan ὁ κελὸς, *celeus*, tamquam a κέλω, *celeriter eo, velociter curro*. Deinde βοὴν ἀγαθὸς, *bonus prælio, ſeu valens pugnâ*, idem eſt, ac bellator, ſeu pugnator. Βοὴ enim, *i. e. clamor, ſeu vociferatio*, ex conſequenti eſt pugna: ſicuti etiam αὐτὴ ex αὔω, quod ſignificat *clamo*, quemadmodum ſupra dictum eſt, & φύλωσις ἐκ τῆ ὀπὸς, ſeu βοῆς, τῶν φύλων, *a tribuum clamore*. Aut βοὴν ἀγαθὸς is eſt, qui bonâ eſt voce, ſeu voce latè ſonorâ eſt præditus. Nam hæc quoque virtus eſt, ac præſtantia ductoris; utiliſque eſt in prœliis vocis magnitudo. Quum enim, ut perhibent, nondum tuba eſſet reperta, pugnam priſci homines voce ipsâ rege-

[7] τὰ παρὰ τοῖς μηχανικοῖς ὠήματα αὐτόματα. Ἐκ δὲ τῆ, αὐτόματος ἦλθεν ὁ ἀδελφὸς Μενέλαος, παροιμία ὕστερον ἐπενοήθη, ἐπὶ, Ἀκλητὶ κωμάζουσιν ἐς φίλους, [8] ἢ ἐς φίλων, φίλοι. Ὁ δὲ ἀδελφεὸς πλεονασμὸν ἔχει τῆ ε, οἱονεὶ [9] ὁ κενεός, ἴσως δὲ καὶ [10] ὁ κελεὸς, [11] ὡς ἀπὸ τῆ κέλω. Βοὴν δὲ ἀγαθὸς, ὁ πολεμιστής. [12] Βοὴ γὰρ ἐκ τῆ παρακολουθοῦντος, ἡ μάχη. ὥσπερ καὶ [13] αὐτὴ ἐκ τῆ αὔω τὸ βοᾶ, καθὰ καὶ πρόσθεν, καὶ φύλωσις ἐκ τῆ ὀπὸς, ἤτοι βοῆς, τῶν φύλων. ἢ βοὴν ἀγαθὸς, ὁ εὐρυβόας. Ἀρετὴ γὰρ καὶ τοῦτο στρατηγῷ, καὶ χρήσιμον ἐν μάχης τὸ μεγαλόφωνον. Μήπω γάρ, φασὶ, σάλπιγγος εὑρεθείσης, τῇ βοῇ διώκειν οἱ παλαιοὶ τὰς ἐν μάχης ἐπιθέσεις

1. Ἢ ὁ Μενέλαος, βοᾷ ἀγαθὸν ὄντα) Hinc meritò Athenæus Platonem redarguit, quòd crediderit, Menelaum indueti ab Homero hominem ignavum, & ignavè pugnantem, qui nihilominùs invocatus ad Agamemnonis convivium accellerit, contra illud adagium: ἀγαθὸν ἐπὶ δαῖτας ἔρχεσθαι ἀγαθόν. Sic ergo ex Homerico hoc verſu de inconſideratâ ſententiâ Platonis Athenæus: τί ὁ μηδὲ τοῖχον, οὐ πύλας, πλοίου κατασκευάσας, ἀνέστω· δὲ ὃ βοᾷ ἀγαθὸς Μενέλαος λέγει). πῶς γὰρ αὐθαιρέτως Ὅμηρος ἄνδρα ἐπῄνεσε, καλέσαντα δὴ καλεῖν ἢ τέλειον βοᾷ. Politus.

2. Ἐκ ὁ ἢ παροιμίας, ὅτι περὶ τῶν Παπλαγόνων ἐφέρη) Immo ipſi Homero, nec tantùm poſterioribus auctoribus, dicti ſunt Παπλαγόνες v. 37. Bœotiæ. *Polit.*

Sed poſteri forte non dixerunt παροιμίαν. Salvinus.

3. τὸ Πανιώνιον) Pomponius Mela De Situ Orbis lib. 1. c. 17. *Panionium, ſacra regio, & ab id eo nomine appellata, quòd eam communiter Jones colunt.* Plinius lib. 5. c. 29. *Regio, omnibus Jonibus ſacra, & ideo Panionia appellata.* Herodotus l. 1. n. 148. Τὸ ὁ Πανιώνιον ἐστὶ ὑπὸ Μυκάλης χώρος ἱερός. Fanum ibi erat illuſtre, a duodecim Jonicæ civitatibus ædificatum, quod item de ſuo nomine, Herodoto teſte, Panionium vocarunt. Immo & urbs, Panionium. Stephanus: Πανιώνιον, τόπος. ἡ πόλις ἐν τῇ παραλίᾳ τῇ Ἐφεσίας, καὶ Σαμίων. Politus.

4. Ὁμοίως ὁ τούτῳ τοῖς Πανιωνίοις τῇ τὰ Πανδήμεια) Herodotus: πανώνιόν ὁ ὄντι μόνοι οἱ Ἴωνες ἱρηταὶ τῶν, οὐδὲ τῇ Ἑλλήνων τῶν ἄλλων ὁμίλεε πάσαι ἐς τὸ αὐτὸ χάλκιμα πλέκεσθαι. Sic ergo τὸ Πανιώνιον, τὸ Πανδήμεια, τὸ Πεμβουλήτικα. De Panionio idem Herodotus: συλλεγόμενοι αὐτὸ ἀπὸ πολίων Ἴωνες, ἄγεσθαι ἑορτὴν, τῇ ἐπίκλησιν οὔνομα Πανιώνια. Et Strabo: Πρόσκειται δ' ἐξῆς ἐν τῇ παραλίᾳ τὸ Πανιώνιον, περὶ οὗπερ ὑπεμνήσαμεν τὰς θυσίας, ὅπερ τὸ Πανιώνια κοινὰ ποιοῦσιν ἅπαντες Ἴωνες συνελθόντες τῇ Ἑλευσῖνι Πανδήμοι, καὶ θυσία. Politus.

5. ἀφ' ἑαυτῶ μιμεῖσθαι) Sic alterum etymon innuit ἀπὸ τῆ αὐτόματος: perinde quaſi παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, τὸ ἀφομοιοῦσθαι, cujus παθητικὸς παρακείμενος, μέμιμαι, μίμωμαι), ſit, ut explicat Etymologus, μιμητὴς· ἀπὸ αὐτόματος, ὁ αὐτοφυὴς ὅμοιος. Etymon ejuſdem vocis alterum ſtatim ſubjicitur. *Politus.*

6. αὐτόματον τὸ κατὰ τύχην φασὶν, ἐν ᾧ μάτην, ὡς αὐτὸ μάτην ἂν γινόμενον) Ariſtoteles Nat. Auſcult. l. 2. cap. 6. ὅτι δὲ τὰ αὐτόματα κατὰ τὸ ὄνομα, ὅταν αὐτὰ μάτην γένηται). Polit.

7. τὰ παρὰ τοῖς μηχανικοῖς αὐτόματα αὐτόματα) Automata deſcripſit Horatius, quum cecinit: *Ducitur ut nervis alienis mobile lignum.* Divinam naturam Auctor libri de Mundo comparat τοῖς ὑφηνωμένοις illis, qui (ut vertit Apulejus) in ligneolis hominum figuris geſtus movent. *Salvinus.*

8. ἢ ἐς φίλων) ἐς φίλων ſcribit Zenobius, ſatis eleganter. Drogenianus, & Suidas, ἐς φίλους. Simile hoc adagium alteri:

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθὸν ἐπὶ δαῖτας ἔασιν.

Polit.

9. ὁ κενὸς) Hom. Αἰσχρὸν τοι, δυρὶ τε μίμνειν, κενεὸς τε νέεσθαι. *Turpe manere diu nobis, vacuoſque reverti.* Salvin.

10. ὁ κελεὸς) Neſcio, quem hic locum habeat κελεὸς, quaſi habeat pleonaſmum τῆ ε. annque *non invenitur κέλος, ut κενὸς, ἀδελφός.* Salvinus.

11. ὡς ἀπὸ τῆ κέλω) Alii κέλω. quod tamen verbum ἀπὸ τῆ κελεῦ derivatum contra volunt Suidas, & Etymologus. *Polit.*

Κέλης tamen videtur deduci a κέλω. *equus ſingularis, quo curruntur.* Salvin.

Immo verò Orioni apud Etymologum κέλης dicitur παρὰ τὸ κέλλειν. Polit.

12. Βοὴ γὰρ ἐκ τῆ παρακολουθοῦντος, ἡ μάχη) Ab hoc ſenſu Athenæus, ut diximus, crimen repellit, quod graviſſimus auctor Plato in Sympoſio intulerat Homero, quòd ſcilicet mollem hominem Menelaum ad fortiſſimorum virorum convivium ultro accedere finxiſſet. *Politus.*

Erat aliquantò Platoni infenſior Athenæus. *Salvin.*

13. αὐτὴ) lege cum Erobenio, ἀπὸ. Polit.

Ἀλλ' ἴτε δίχτε μὶν ἱρὰ, πόνυ δ' ἀμάρτετε δρηθέν.
Basil. p. 188. Αὐτὰρ, ἐπεὶ ῥ' ἐτέλεσσε, καὶ ἐπὶ λοχίτας τροβάλοντο,
Αὖ ἴρυσαν μὶν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδαρσαν,
Μηρούς τ' ἐξέταμον, κατὰ τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν,
Καὶ τὰ μὶν ἄρ χίζρσιν ἀφύλλοισι κατέκαιον.
Σπλάγχνα δ' ὄρ ὑπτέρασσι, ὑπάρχον ὠμοίσιν.
Αὐτὰρ, ἐπεὶ κάτα μηρὶ ἔκαν, καὶ σλάγχν' ὑπέσχοντο,
Μίζαντό τ' ἄρα τάλα, καὶ ἀμὶ ὀβελοῖσιν ὕπειραν,
Ὠπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα.
Αὐτὰρ, ἐπεὶ παύσαντο πόνυ, τετύκοντό τε δαῖτα,
Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδέετο δαιτὸς ἴσης.
Αὐτὰρ, ἐπεὶ πόσις ἦρχε, καὶ ὑδατὸς ἐξ ἄρυ ἴντ',
Τοῖς ἄρα μῦθον ἔρχε Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ·
Ἀτρέϊδη κύδιστε, ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγάμεμνον,
Μηκέτι νῦν δηθὰ αὖ τ' λεγώμεθα, τ μηδέ τι ῥηΐν
Ἀμβλακώμεθα ἔργον, ἐ δὲ θεὸς ἐγγυαλίξῃ.
Ἀλλ' ἄγε, κήρυκες μὶν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
Λαὸν ἀγειρέτωσαν, ἀγορήνδε κατὰ νῆας.

Sic dixit. Ducibus ei tamen Salmonius annuebat.
Atque ille quidem accepit sacrificia, & laborem magnum angebat.
Ceterùm, poſtquam precati ſunt, & molas projecerunt,
Reſorſerunt primùm, & jugularunt, pelleque nudarunt;
Femoraque abſciderunt, & pinguedine coperuerunt,
Alterum alteri imponentes, & ſuper ipſa fruſta crudo poſuerunt.
Et hæc quidem ligneis fiſſis ſine ſolis exurebant.
Viſcera autem infixa tenebant ſuper ignem.
Sed, ubi femora exuſta ſunt, & viſcera comederunt,
In fruſta minuta conciderunt cetera, & veruibus tranſfixerunt,
Aſſaverunque ſcitè, detraxerunque omnia.
Sed, poſtquam ceſſarunt a labore, inſtruxerunteque convivium,
Epulati ſunt, neque amplius animus indiguit epulis æqualibus.
Ceterùm, poſquam potu, & cibi appetentiam exemerunt,
Sic dicere exorſus eſt Gerenius equus Neſtor:
Atride glorioſiſſime, rex virorum Agamemnon,
Ne nunc diutiùs hic retinebemus, neque dictis
Differamus opus, quod deus dabimus eſt.
Quare age, præcones Achivorum æneas loricas habentium
Populum evocantes, congregate ad naves.

ρ λγ'. Ὅτι μεγαλοπρεπὴς ἡ ἐν τῇ κατὰ σύγκλητον θυσίᾳ ἐκφοιτῶσα τῷ βασιλέως εὐχὴ, καὶ τῇ τοῦ ὀνείρου ἀγγελίᾳ συμφέρουσα. Φησὶ γάρ· Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι, καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, πρίν με κάτα πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον ἀθαλῆ, πρῆσαι δὲ πυρὸς δηΐῳ θούρητι· Ἕκτορος δὲ χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι χαλκῷ ῥωγαλέον. καὶ ἅλις ἔξῃς. Τὸ δὲ σχῆμα τῆς εὐχῆς, Ἀττικὸν, κατ' ἔλλειψιν. Ἐν γὰρ τῷ, μὴ πρὶν ἢ ἥλιον δῦναι, λείπει τὸ δός. ἢ ποίησον. ἢ εὔχομαι. ἢτι τοιοῦτον. καὶ ἐν τοιαῦτα καὶ ἕτερα σχήματα εὐκτικὰ παρά τε ἄλλοις, καὶ παρὰ τῷ Ποιητῇ. Σημείωσαι δὲ, ὅτι ἔστι καὶ παρὰ Ἡροδότῳ σχῆμα τῆς ὁμοίου εὐχῆς, καὶ ἱστορία ταυτή. Δαρεῖος εὔξατο, ἄνω πρὸς ἡλίου ἀφεὶς οἰστὸν, καὶ τῆ ἀέρα βαλὼν, ὦ Ζεῦ, γενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι. Σωφρονεστέρα δὲ πολλῷ ἡ τοῦ Ὁμηρικοῦ βασιλέως εὐχή. Ὅτι δὲ λείπεται ῥήματος ἐνταῦθα ἡ βασιλικὴ εὐχὴ, οἷον τοῦ, δὸς,

CXCIII. Magnifica illa eſt precatio, quam rex, inter ſacrificium optimatibus illis convocatis faciendum, altâ voce concipit; eaque precatio cum ſomnii ipſius nuntio congruit, & cohæret. Hæc enim ejus verba: *Juppiter glorioſiſſime, maxime, atrarum nubium coactor, in æthere habitans, ne priùs ſol occidat, & tenebræ adveniant, quàm ego pronum dejecero palatium ſplendidum Priami, ac exuſſero infeſto igni portas; Hectoream verò loricam circa pectus diſcidero, enſe diſruptam.* &c. Qua in precatione genus loquendi eſt Atticum, per figuram ellipſeos. Ubi enim dicit, *ut ne priùs ſol occidat*, deeſt, *da*, aut *fac*, aut *oro*, *vel precor*, aut aliquid hujuſcemodi. Et aliæ ſunt iſtiuſmodi concipiendarum precum formulæ tum apud alios, tum apud Poëtam. Quod autem, volo, obſerves, extat apud Herodotum ſimilis forma precationis, ubi is commemorat, ut Darius, emiſsâ ſurſum verſum in cœlum ſagittâ, percuſſoque aëre, ſic precatus fuerit: O Juppiter, contingat mihi, ut Athenienſes ulciſcar! Sed multò tamen prudentior hæc eſt Homerici regis precatio. Ceterùm hoc loci in precibus hiſce regiis deeſſe per ellipſin verbum, puta, τὸ *da*, *ſeu concede*, quemadmodum

2. ἄστυ διαφύσιον) Poëta: Ἥσεω ἢ διαφύσιον. Polit.

2. μηδέ τι) Editiones Romana, & Baſileenſis, μὴ δέ τι, ut dividere ſolent binas illas voces, μὴ, & δέ, quas nos in unum conjunctas exprimimus. Commentarius tamen Euſtathii exhibet μὴ δ' ἔτι. qua de lectione vide infra. *Politus.*

3. αἰθέρι ναίων) *Qui habitat in cœlis, irridebis eos.* Salvin.

4. Δαρεῖος εὔξατο ἀνέμου ἂς ὑμνόν) Ex Herodoto lege ἄνω πρὸς ἡμῶν. Sicuti etiam hic correxit Frobenius. Sed inepti librarii τὸ ἄνω contractum putarunt, ut in ſcribendo fieri ſolet, ex ἀνέμου, & inde fecerunt ἀνέμου. Jacobus tamen Gronovius ex Mediceo Codice ſcribebat apud Herodotum, ἄνω πρὸς ἡ ἡμῶν. Unde facilè conjicio, ex utrâque voce, ἄνω, & πρὸς, coaleſcere potuiſſe τὸ ἀνέμου. Politus.

5. καὶ ἢ ἄϊμα βαλὼν) Herodotus, καὶ μιν ἐς ἢ ἄϊμα. Polit.

6. γενέσθαι) Codex Mediceus optimæ notæ, cujus ſcripturam in Herodoto ſuo repræſentavit Gronovius, ἐγενέσθαι. Vulgò fecerant ἐγένοντο. Politus.

auctoribus uſus obtinet, ut dicatur πρανὶς cum ι, tamquam a verbo πρανίω, *inclinare*, vel potiùs πρανύω, hoc eſt, *nare*, *vel natare*: quum ſimiles nantibus ii videantur, qui jacent proni. Ad hæc, per metaphoram dicitur etiam πρανὴς, *pronus*, locus declivis. Unde adagium: σφῖρα κατὰ πρανοῦς, *globus per declive*. Scire autem oportet, id, quod Poëta dicit, *pronum dejecero Priami palatium*, aliis alibi verbis per paraphraſin ab ipſo explicari, ubi Priami urbem ruituram eſſe ait, videlicet, deorſum verſum inclinatam, tandem caſuram. Sed enim quis ambigat, quando-quidem murus, exempli gratiâ, Trojæ, reſtâ cadit, quid umquam ſit differentiæ, quòd pronus ipſe, aut ſupinus, cadat. Niſi fortè quòd *ſupinum* magis honorificum, ac fauſtum eſt, quàm *pronum*. Supinum enim eſſe, ſeu corpore eſſe ſupino, dicitur potiùs de quiete, remiſſioneque laboris. Sed illud tamen dictu maximè accommodatum eſt, ac conſentaneum, ſcilicet optare regem, & precari, ut ipſe Trojam dejiciat, non laboriosâ capram obſidione, qua urbs extrinſecùs, & ex adverſo oppugnaretur: ſed captam vi per eos, qui in eam urbem introducerentur, & penè dixerim, a tergo. Omnino enim urbis facies, murus eſt, qui extrinſecùs conſpicitur: qui murus, ſi vi illatâ ab externis oppugnatoribus, revolutus evertitur, ſupinus cadit; ſin autem ab iis dejicitur, qui ſeſe in urbem intruſerunt, pronus jacet. quod & forte contigit Trojæ, quippe quæ facilè, & ſine ullo labore, quemadmodum ſupra ſcriptum eſt, capta per dolum fuerit. Atque ita, quando poſtea Hecuba precatur, ut neſcio quis pronus cadat, ad illius dedecus, & ignominiam ea pertinet precatio, ut ne, acceptis in pectore vulneribus, honeſtè cadat pugnando; ſed fugiendo, averſis vulneribus, pronus occumbat.

CXCIV. Vide tamen, ut rex nullam Alexandri mentionem faciat, vel alterius cujuſquam Tro-

